



TRACTATVS DE AESTIMO, ET COLLECTIS.

NICOLAO FESTASIO
Mutinensi Authore.

Copiosissimo Indice Alphabetico, ac numeris Summarijsq; additis exornatus, & auctus.



VENETIIS, M.D.LXXXVIII.

Ex Officina Damiani Zenarij.



NICOLAVS FESTASIVS,

AMPLISSIMO VIRO Iulio Cęsari Castaldo. I. V. D. Salutem D.



EMORIALE proditum est (IVLI CAESAR) *Solonem in eos qui otium diligerent, & amplecterentur legẽ protulisse, vt cuipiam accusationem contra eos instituere, eisq; iniuriari fas esset, quam de vacatione à labore & industria, cuius contrarium est negocium, intelligendum censeo, non si pro liuore animi, & corporis exercitatione, & relaxatione, à grauioribus, & magis serijs negocijs accipiatur, ea nempe ad virtutem adipiscendam conferre testatur Aristippus ille Cirenaicus, vnde otium literarium pro literarum studio doctissimi viri existimant. Quod hoc genus exercitationis oblectamentum potius videri debeat, quàm seria aliqua occupatio. Nil enim dulcius est teste Cicerone, id verè sine literis mors*


 est,

est, & hominis viui sepultura. Seneca ad Lucil. Epist. 82. Quod si priscis temporibus viri illi excellentes in omni disciplinarum, genere, quorum splendores ad nostram vsque ætatem peruenisse videmus, id ipsum abegissent, tot literarum monumenta posteris non reliquißent, quibus humana vita semper excoli iuuariq; posset. Nec Nicolaus Matarellus, Simon Castrouitreus, Ioannes Sadolettus, Bartholomæus Bellincinus, alijq; huiusce nostræ ciuitatis proceres, eloquentia, prudentia, fide, ac religione exornati, tot splendidissimorum hominum conuentu, domum continuo plenam, frequentes habuißent, ij enim præsidium clientibus, opem amicis, salutem periclitantibus, manibus, pedibusq; (vt ita dixerim) afferre nitebantur, his accedis tu IVLI CAESAR. *Qui in hac ciuitate nostra tanto eloquio, tantaq; legum scientia, patrocinium exerces, vt nomen ipsum retinere solus dignus sis, adeo vt ne dum æqualibus tuis, verum, & maioribus ætate præcellas. Itaque cum pro viribus meis otium semper rectè dispensare cogitauerim, & ob amorem veterem, amicitiam, ac singularem erga te obseruantiam, plurimum tibi debeam, hunc libellum magnis vigilijs peregi, tibiq; longè maiori scientia, & ingenio dicandum decreui, tuoq; recto iudicio, ac dictioni subijcere statui, tu enim es in quo doctrina incomparabilis, rerum gerendarum admirabilis experientia, moresq; optimi cernuntur, quo fit (vt non facilè dixerim)*

nostris

nostris ne ciuibus an cunctis alijs carior sis. Non tacebo qua prudentia, singulariq; humanitate, Aduocati officio in hac ciuitate nostra, alibiq; fungeris, quia omnes te veluti alterum Vulpianum, ac Paulum prædicant, tanta es integritate, æquitate, patientia, ac fide in præstando clientibus tuis patrocinium, in reddendaq; alijs iustitia, vt te cœleste numen esse cogitent, in proferendisq; sententijs tanta consilij moderatio concipitur. Maturaq; deliberatio decoquitur, vt ab eis reclamare, aut appellare audeat nemo. Accipe igitur (vir amplissime) has meas lucubratiunculas qualescunq; sint, & te rogatum esse velim, ac obsecratum, vt inspicias, & perlegas, castiges, & corrigas, qui longè melius errores meos cognosces. qui enim scac corum ludum superinspiciunt, ludentium errores acutius vident, & siquid inordinatum, superfluū, male tersum, & non bene dictum comperies, ea omnia mutare, & corrigere non dedigneris. Ex eo nanque nostram firmiorem amicitiam & tuam erga me beneuolentiam arguam. Non ambigo multos fore, qui hos nostros labores canino ore mordebunt, at illorum detractione & odio non deterreor, legant qui volunt, & qui nolunt abijciant. Vale & me ama. Mutinæ Cal. Maij. 1567.

PIO LECTORI.



VM superioribus annis (cãdide Lector) maximè anno 1560. auditor Illust. Hermetis March. Pallauicini Buxeti essem quo sub Cęsaris ditione, ager Placentinus, Parmensisq; Citra Tarum ęrat, onera incolis pro militum stipendijs in Pedemontanis patribus pro comesatu Burgi sancti Domini ài præsidio exercituiq; in hibernis collocato, ac cęteris quibus is indigebat, persoluenda quotidie indicebantur, adeo grauia erant & intolerabilia, vt etiam ditissimi ex prædiorum redditibus vix se suosq; alere possent, plerosque vidi aliunde quæstum ne fame perirent quęrere, ac memoria teneo quibusdam villis contigisse vt vi tempestatis omnes fructus amitterent. Illosq; incolæ onera subire, vsque ad minimum quadrantem cogerentur, Dij boni quæ nam impietas? Miramur qui fieri possit, vt de cœlo non cadat ignis, & tantam absorbeat iniquitatem, veluti illos tot quinquagenarios quinquaginta viros Regis Ochoziæ Heliæ Prophetæ intuitu deuorauit, hic Iurgia, illuc crebri clamores creuere, contentionesque tales concitarunt, quales nunquam posterum memoria auditæ sunt, litesq; de litibus in oneribus exsoluendis oriebantur, quarum nonnullas coram me actitatas absolui, plerasq; à varijs iudicibus decisas vidi in quam plurib. casibus quid nam ius dictaret respondi, pro inde inutile haud fore putaui pro ingenioli mei modulo, hæc & alia quæ non sine labore voluminibus perlustrandis in remotioribus locis promiscue tradita offenderim, in hoc breui compendio complecterer, vt facilè sit perscrutari quid veritatis studiosus Lector, elicere valeat, scio nõ defuturos qui has meas vigilias carpent publicè detrahẽdo (vt inquit Hieronymus) quod in angulis libenter legũt, cum ipsos meq; non lateat, Petr. de Vbal. Oldr. de Mon.

aliosque

aliosque antiquos & recẽtiores quosdam, tum in tractatuum, tum in repetitionum formam in hac palestra desudasse, vtrum sciant hi minus nostræ intentionis fuisse eorum aures offendere, doctis enim & bonis placere studui inuidisq; ac malis graue est me displicuisse, considerent rogatos eos velim nec sola illorum Iureconsultorum, quæ sub hos tractatus repetitionesq; congeruntur responsa, omnem rem declarasse, necessario itaq; manũ tabulę admoui, hasq; meas lucubratiunculas hosq; meę mente fasciculos largiente domino collegi, illosq; obtuli, vt saltem studioso optioni locus sit quod in vno libello defuerit ab alio absque liuore percipere. Quos qualescunque sint (si tibi libet) perlegas. orator facundiam non inuenies, non eleganti sermone vsus sum cui non incumbo, sed vsui verborum antiquorum iurisprudentum adhæsi, qui non fucos verborum professi sunt, dicant quicquid velint recentiores, qui desertiores sermones potius quam veriores secuti sunt, iuuat me cum tantis patribus errare (si vti communi lingua errare est) quàm cum paucis benedicere, non enim ad factum verborumq; ostentationem incubui verum pro communi vtilitate elaboraui: plerasq; quæstiones de Aestimo & Collectis vndique dispersas in vnum redegi, quam pluraque loca iurisprudentum & authoritates ab alijs neglectas citaui, quo fit vt si quicquam à me idque humanitus erroris commissum sit à iusto faciliq; Lectore veniam me promeriturum non dubitem, cum id nõ temeritati, sed potius ingenij mei infirmitati, ac imbecillitati tribuere nõ dedignetur, non enim omnia possumus omnes, & quandoque bonus dormitat Homerus rectius tamen iudicium melius proferat & piè corrigat velim, satis verò fuerit opera mea alios ad indagandum veritatis studium excitasse. Vale.

OPERIS DIVISIO.

Opuſculum hoc in quinque Partes diuidendum duximus, Primam de Aeſtimo vnde dicatur, quid ſit, per quos perficiatur abſoluemus.

In ſecunda diſcutiemus an collecta ſit latina dictio, quodque munus ſit à quo originem traxerit, quid ſit, & quibus ex cauſis indicetur.

In tertia de exactione illiusque probatione per quos & quo ordine exigatur explicamus.

In quarta de illius multiplici immunitate dicemus per quos & quibus perſonis cõcedatur.

In quinta an illius immunitas reuocari valeat, ex quibusve cauſis diſſeremus.

In vnaquaque parte quæſtiones, ampliationes, & limitationes pro vt nobis congruere videbitur, inſeremus. Rem ergo incipiamus.



TRA-

TRACTATVS DE AESTIMO, & Collectis.

NICOLAO FESTASIO Mutinenſi Authore.

PARS PRIMA.

SVMMARIVM.

1 AESTIMVM *ab æſtimatione naſci putamus.*
2 *Aeſtimum Taxationem quæ de cuiusq; fit patrimonio dicimus.*
3 *Aeſtimum à Peruſinis cataſtrum nuncupatur.*
4 *Aeſtimum deſcriptionem appellant Iuriſtæ.*
5 *Subnotationem dicimus ſi inuentarium conficimus.*
6 *Deſcriptione vtitur Lucas citans illam iuſſu Cæſaris à Ciryno Syriæ prouinciæ præſide totius orbis factam.*
7 *Tributum quo tempore ortum ſit.*
8 *Collecta loco tributi quod ab aula receſſit ſuffecta eſt.*
9 *Aeſtimatores qui bona taxant nuncupantur iuſſuq; Principis æſtimum perficiunt.*
10 *Peræquatores dicimus eos qui territoria inſpiciunt illaq; peræquant.*
11 *Aeſtimum ciuitatis vniuerſitatiſq; iuſſu perficitur.*


Aeſtimum

Si

34 *Si statuto sancitum sit ius non subuenit onera non reddi, si bona perscripta vi flaminis pereant, an ei sit redden.*
35 *Ciuile iudicium in tribus consistit personis, criminale vero, si per inquisitionem agitur, in duabus.*
36 *Scriba in quãtitate bonorum, vt quia minorem adnotauit in codice quantitatem quam professa sit errauit profitensq; per annos 30. soluit iusta descriptam quãtitatem, an pro prædicto tempore quo non soluit cogi valeat.*
37 *Vnicuique licet de iniusta descript. conqueri.*
38 *Error personæ publicæ non retractatur post annos 30. secus sit priuatæ.*
39 *Codex æstimi an dominium possessionemq; plene, vel præsumptiue probet.*
40 *Res tantum valet quantum in æstimo perscripta reperitur.*
41 *Communem rem sciens insolidum suam esse quispiam describi patitur an sibi præiudicet.*
42 *Vt codex æstimi dominium ac possessionem probet quæ sint necessaria.*
43 *Si appareat tertiam personam descriptã consensisse, probat.*
44 *Et dicitur de illius consensu constare si officialis illius testatur.*
45 *Si in illius perfectione adatur proclama sub pœna, probat plene.*
46 *Lex quem delinquere non præsumit.*
47 *A communiter accidentibus argumentum valet.*
48 *Nemo quod suum est à iure præsumitur iactare.*
49 *Per codicem onerumq; solutionem diuisionem bonorum inter quosdam factam probare asserimus.*
50 *Authoritate publica codicem perfectum, ab officialibusq; electis in locoq; publico seruatum plene probare affirmamus. Et num. 66. 67.*
An rei valor per hunc codicem probetur.
Quid si pro eo tres sint testes, quinque in contrarium, quibus credatur.
An censualis liber ecclesiæ rem censualem probet tam contra soluentem quam contra tertium.

Quid

De Aestimo. Cap. I.

1 ESTIMVM † hæc dictio in neutro genere apud Latinos grammaticos (vt puto) nõ repetitur, ea tñ communiter vtuntur Doctores Iuris, ab æstimatione, quæ à verbo æstimo, as, at, nasci putem, nã vt inquit Valla lib.5.c.20.com ponitur ex æs, æris, & Greco nomine τίμι hoc est pretium, vt sit idem quod æris pretio taxo, licet hoc non benedictum existimem, cũ sibi permittat quod in alijs reprehendit, vt aliqua dictio ex Græca, & Latina dictione componatur, quam sentẽtiam protulit Festus de verbo obturo, dicẽs esse compositum ex præpositione ob, & di-
2 ctione θύρα de hoc est † ergo æstimum, æstimatio seu taxatio quæ fit de patrimonio alicuius vt intelligatur quã tum sit illius æs, ac patrimonium ad effectũ onera indi-

cendi

cendi ne vnus pro alio indebitè grauetur. l. forma. ff. de
3 censſ. † hæcq; taxatio bonorum deſcribitur in libro qui
æſtimum vocatur, alio nomine etiam nuncupatur à Perusinis cataſtrum, teſte Bald. in rep. l. placet, col. 3. nu. 16.
4 C. de ſacroſan. eccleſ. † dicitur & deſcriptio. l. j. C. de apo. pub. lib. 10. cum gloſ. in verbo deſcriptiones, & Alex. licet verè deſcribamus ea quorum exemplum accipimus
5 ſanctius fortè, & recto vocabulo, † ſubnotatio nuncupetur, cum quaſi inuentarium conficimus, vel adſcriptio quæ vere ſit quot inſtrumentorum corpora vel rerum annotamus. Alciat. in l. cognoſcere. ff. de verb. ſignific.
6 † apud iuriſtas deſcriptio appellatur, quam pro æſtimo accipimus, & Lucas cap. 2. hoc nomine vtitur, cum referat à Cirino Siriæ præſide totius orbis deſcriptionem iuſſu Cęſaris factam, & omnes ibant vt profiterentur in
7 ſuam quiſque ciuitatem, quo † tempore tributum ortū eſt. Bart. & Doct. in l. j. C. de mulie. & in quo loc. lib. 10.
8 Ioan. de Ami. in conſ. 8. nu 52. in conſ. 146. nu. 5. † quod ex poſt ab aula receſſit, loco cuius ſucceſſit collecta,
9 † per electos enim ęſtimum iuſſu Principis cōficitur qui æſtimatores vocantur, cum taxent & bona conſiderent. Cic. 3. de fin. & quia aptiſſimum habeo æſtimatorem.
10 † peræquatores etiam dici poſſunt, ex quo territoria inſpiciunt ac peræquant. l. qui grauatos, cum gl. C. de cenſ. & cenſ. lib. 11. hi exinde in libro bona ſubnotant. d. l. qui grauatos, cum gloſ. ibi poſt codicum oblationem &c.
1 † Rurſus codex iſte iuſſu communitatis vel vniuerſitatis eo modo regulariter cōficitur cum à iure vel conſuetudine, aut ſtatuto collectas indicendi authoritatem habeat pro ſanando locorū neceſſitatibus, quia in neceſſarium antecedens hæc peræquatio ſubnectitur, vrget. n. ſubditos vt eorū bona profiteantur, vt perſpiciatur quātum ſit æs & cuiuſq; patrimoniū. d. l. forma. de conſt. plura cōgeruntur, à Crau. in conſ. 195. in j. † Codex perficitur defenſore ciuitatis ſeu vniuerſitatis præſente, vel villæ ſindico ſi eorū bona perſcribuntur. l. ſuſceptores, vbi

Bart.

13 Bart. C. de suscep. & archa. lib. 10. † in eoq; bona omnia mobilia, immobilia, iura, actiones, & sese mouentia annotantur. Bal. in l. censualis. C. de don. parum tetigit in l. etiam, col. 5. versi. modo viden. C. de execu. rei iudic. est tex. in l. per Bitiniam. C. de immu. nemi. conced. lib. 10. &
14 fit huiusmodi descriptio iuxta formam d. l. forma, † citando nomina, loca, quantitatem, & fines, qualitates si prædia sunt, ac omnia alia quæ ibi recensentur, verum in ali
15 quibus locis prædia duntaxat perscribuntur, † in aliquibus mobilia & sese mouentia, ac domus, iuraq; & actiones, communi tamen iure omnia taxantur. d. l. forma.
16 d. l. per Bitiniam. Guid. Pap. decis. 87. si villa, † seruandus esset denique mos regionis qui vim legis obtinet, vt testatur Bart. in tract. de testi. in versic. iconomica, hæc pro fessio, quæ à subditis enunciatur propria bona, ab illisq;
17 possessa † non ea ad quæ actiones habent, aut ad restituendū cogen. sunt continere debet Guid. Pap. sing. 428.
18 versiculo si fiat collecta † si secus fit, mulctandi sunt inobediētes in pœnam statuti vel proclamatis iussu Principis emanati, regulariterq; omnia hæc statuuntur, adijcitur pœna omnium bonorum confiscationis Principi ap
19 plican. † quam si is illiusq; fiscus infra quinquennium non vendicat excluditur, teste Barto. in l. commissa. ff. de publica. Bald. in l. 2. C. de vectig. & commis. in l. fi. in fi. C. si propter pub. pensita. Et nihilominus annotātur quę perscripta non sunt, & hæc in perfectione æstimi consi-
20 deranda sunt, † verum cum rerum pretia iux. temporū varietatem mutentur. l. omnis. C. de collat. fund. lib. 10. C. de ano. & trib. l. indictiones. eo. lib. vulgata, l. pretia rerum. ff. ad leg. Falci. reformatur æstimum vt si aucta sint bona augeatur, si diminuta minuatur, vt ęqualitas inter omnes seruetur, ne querelæ locus cuipiam relinquatur
21 † ad vnius tantum modo instātiam potest reformari cū de interesse publico tractetur, quilibet enim de populo admittitur ne pauperes à ditioribus opprimantur, d. l. j. C. de apo. pub. etiam quod maior pars populi contradiceret,

ceret, suspitio enim doli, & fraudis in ea præsumenda est, isq; modus seruetur in reformatione qui adhibetur in illius perfectione. Crau. in citato consilio 195. num. 5. & per totum.

22 Quæren. est iuxta prædicta, † quispiam de loco vbi bona possidet oriundus est, alterius loci fit incola, ibique domicilium constituit, in peræquatione illius bona vbi annotari debent. gl. Iac. de Aren. in l. assumptio. § filius. ff. ad municip. ibiq; Bar. col. 2 ver. vt igitur, æstimandum esse in loco originis proprie vel paternæ testatur, ibique
23 cogen. onera subire † & in vidua, quæ portat onera vbi vir habet domicilium, quo ad ea quæ illius seruitia cõti nent, ad quo ad alia originis proprie non liberatur dicitur firmasse. Bar. in l. fi. C de municip. & origi. lib. 10. Castr. in consi 329. Visis, col. 3. versic. non obst. in 1. volum.

Contrariũ videtur Bar. asserere in l. 1. col. 4. versi. 53 si alibi. C. de mul. & in quo loc. lib. 10. vbi ait quod sunt æstimanda bona in eo loco in quo habitat quis, ibique onera ratione eius patrimonij subire debet, & hoc si vnum, & idemmet dñium sit illius Principis vniformẽque habeat in vtroq; loco iurisdictionẽ, quare vbi magis libuerit illi perscribenda sunt bona. Bald. in l 1 § ꝙ si nemo. ff ꝙ cuiusque vni. nomi. col. 3. versi. super quinto, ideo si in eius facultate est sibi locũ eligere vbi taxentur bona sua, liberatur à professione illorũ in loco originis proprie. in hac opi. fuit Roma. in consi. 161. Visis quæstionibus. Reperio in hac disceptatione, Soci in consi. 129. in 1. qui ex mẽte Doctor. videtur concludere, quod si locus incolatus est à loco originis diuersus, sintq; separata territoria, prima opi vera est, si vnus alteri subijciat, secũda opi, ꝓcedat expresse Bar. in d. l. 1. C. de mul. & in quo. loc.

24 Considero † primam opi. non esse tutam in forense, qui communi iure collectandus non est pro bonis alibi sitis, at si consuetudinem spectamus cuius vigore subit onera in loco vbi reperiuntur, vera est illa opi. de qua infra latius dicemus. &c.

Aestimo

25 Aestimo † perfecto non habet vires, neque indici collecta potest nisi per prius à locorũ pręsidibns apud acta intimetur destineturq; exactoribus collectarũ, d.l.1.C. de apo. pub. & ibi Bart. d.l.susceptores, hac ratione esse
26 existimo † quare vnicuique descripto licet conquæri si plus debito esse grauatum asserat in peræquatione illa, si eam iniquam infra annum à die scientiæ improbet, exceptis minoribus, reiq; publicæ causa absentibus. l. qui se grauatos.C.de cens.& censi.lib.11. Bar.in d.l.forma.§. si quis veniam.Bald.in consi. 387.ille qui, in tertio, vbi grauatus in mensura ac æstimatione facta perperam, probata iniustitia intra annum reducenda est, nec sufficit æstimationem veterem probare,cum rerum pretia varientur. at secundũ præsentis temporis valorem probata iniustitia nõ ita passim fit correctio,quare cognitio causæ est adhibenda, cum illa in perfectionem æstimi adhibeatur, diligenterq; considerent peræquatores, nec aliter mutatus codex haberet vires. Bal.in d.l.pl.col.3.ver. nunc de mixto, is enim modus qui in perficiendo codice seruatur in illius correctione seruandus est.

27 Omnia † diximus bona in codice annotari, an sterilia prædia perscribantur de quibus fructus non percipiuntur tex.in l.1.C.de omn.agr.deser. lib. 11.dicit describenda esse,ibiq; firmat.Bar.ratione illa, quia fertilibus prædijs adijciuntur per partes, dicimus,vt ea sterilium onera sustineant,& vtrunque possidens, si vendat fertilia,in seq; sterilia retineat, emptor ad sterilium onera teneretur, effecto non soluendo venditore.l. 2.C. eod. tit.ratio citatur per Alex.in l.incola.ff.ad municip. hæc enim sterilia renunciari nequeunt, retinẽdo fertilia Bar.in l.qui
28 vitilla. C.eo.tit.nam fertilia † sterilium nerui nuncupantur, quia sicuti in corpore humano imbecillis caro per neruos conseruatur,ita sterilia prædia per fertilia, vt inquit Bar.in d.l.2 C.eod.tit &c.

29 Quid † si sterilia à possessore deserantur, quid tunc agen.Bar.l.qui agros.C.om.agr. desert.lib.11.dicit duòd occupanti

occupanti conceduntur ſiue ſit vicinus,ſiue non,at ſi dominus intra biennium redeat, reſtituuntur, refectis occupanti expenſis, poſt verò non auditur,is tamen vt viuat ſecurius,eum qui prædia deſeruit citari curet, illoſque ſua intereſſe putantes, vt intra ſex menſes compareant ad contradicendum &c. Quibus lapſis, nulloque de ſe copiam faciente, vlterius à quoquam non valebit moleſtari,& hæc ſi prædia æſtimo annotata ſunt, erantque tributaria.

30 Quæritur † vlterius, ſi perſcripta prædia flumine pereant vel exſiccentur vites non poſſeſſoris culpa,an æſtimum corrigatur, ſicut quando quiſpiam de illius iniuſtitia conquæritur. de hoc eſt tex.in d.l.forma,verſic.illam enim æquitatem. ibiq; Bar.& Bal.in l.etiam, col.penul. verſic. vnde dicitur, qui alia iura citat. C. de execut. rei
31 iud.vbi codex mutandus eſt cum ceſſet † ratio,ideo ceſſare debet effectus.l.adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. pro modo enim patrimonij exactiones ſe habent.l.1.C. de quibus mu. lic. ſe excuſ. lib.10. ibi à ſummis ſarcina ad infimos &c.ideo re deficiente ne vnus pro alijs grauetur, excuſandus eſt, videmus etenim quod ob homines
32 †paupertates fit æſtimi mutatio, vt inquit Bal. in loco
33 citato, dummodo non ſit † paupertas, quæ in Valerio Meſſala à Nerone cõſiderata fuit, cui in ſingulos annos quingenta ſextertia quę eſt ſumma duodecim millia aureorum & quingentorum,quibus paupertatẽ innoxiam ſuſtentaret obtulit, eam ſi qui hodie habent ſunt ditiſſimi, verba Alciat.in l.quos nos qui.§.locuples.ff.de verb. ſign.ita re flumine perempta mutatur æſtimum.

34 Ex†his infertur,ſi municipali cẽſura cauetur ius non reddi collectas non ſoluenti, quæ de iure valet. Alex.in conſ.128.col.2. verſic.nec prædictis, in quarto, ſi ſubito caſu bona perſcripta perierint,vel ob paupertatem onera quis non ſubeat, iudex hanc excuſationem admittet. Bald.in l.acceptam, in vlt.q. C.de vſur. intelligas cenſuram de iure reddendo ciuiliter tantum.

35 Quia † ſiquis iniuriam ab aliquo patiatur iudex contra iniuriantem per inquiſitionem procedet, hoc.n.caſu ius reddi iniuriato non dicitur, cum iudicium in tribus perſonis conſtat, & in inquiſitione duæ duntaxat citantur, hæc Alex.in citato conſi.an, & quando ob paupertatem quis ab onere collectarum excuſetur infra in ſecunda parte dicemus, &c.

36 Altera † q.ex prædictis decidi poteſt ſi per notarium à perçquatoribus electum ad perſcribendum codicem ſit in quãtitate prædiorum erratum, vt quia minor quãtitas quam quis profeſſus fuerit, ſit adſcripta in ſumma totius æſtimi, ſed erronee, per annos verò 30. is ſoluit iuxta illam quantitatem deſcriptam, deinde errore comperto exactores pro communi id quod per tempus præteritum non fuit exactum ſecundum veram quantitatẽ eorum exigete nitantur, an ſint audiendi, videtur quod
37 ſic, quia † ſi licet vnicuique probata æſtimi iniuſtitia mutationem illius reportare vt diximus, cur non licet agentibus pro communi errore directo cogere debitores ad ſoluendum onera iuxta veram prędiorum quantitatem etiam per retroacta tempora quibus non ſoluerant. Rurſus cum appareat de errore quandoque ſemper retractatur niſi res iudicata interueniat vel tranſactio, l.j. C.de erro.calc. Prædictis reiectis altera opi.de iure verior eſt,
38 hac viua ratione, quia cum iſte † error à publica perſona cõmittatur non retractatur niſi vſque ad 30. annos, poſt verò non, vt inquit Accurſ. in l. Calculi.ff.de admi. rerum ad ciuit.perti.& notat, in l. 2.ibiq; Bar. C.de iur. fiſ.lib.10.ſi ergo ſunt anni 30.lapſi, exactores illi nõ audiuntur, ad obiecta dicitur, primam rationem non obſtare, quia nulla erat decurſa præſcriptio, quinimo ſi poſt biennium cõquæritur non auditur vt diximus, vlterius ibi de æſtimi mutatione agitur, hic de ſolutione collectæ, diuerſa enim ſunt hæc, vnde illatio non rectè infertur.l.Papinianus Exuli.ff.de mino.

Ad ſecundã rationẽ reſpondetur quod l.j. C. de erro.

calc.

calc.loquitur in priuato, nos verò in errore facto à publica persona, qui vltra 30. annos non retractatur, hæc citantur per Ias.in consi. 210.in nu.2.qui alia, & quam plura dicit quæ nõ referam, citatam opinionem semper dubiam putaui,quia malęfidei possessor vllo vnquam tẽpore præscribit. c. fi. de præscrip. & in regula malæ fidei possessor,de reg.iur.in sexto,& latius dicemus in 8.quæstione, quarta par. num.20. ergo cum debitor collectarum sit in mala fide videtur quod non præscribat, nisi dicamus malam fidem purgari spatio ann. 30 dicẽdum est, vt ibi.

39 Occurrit †circa hanc rem quæstio difficilis in qua variarunt Doc.an hic ęstimi codex probet dominium possessionemque illius cuius bona sunt in eo perscripta in tertij præiudicium.

Negatiuam partem dixit Bar.in l.si pater.C.de actio. emp.illam summãs, vbi tributi solutio rei possessionem non probat,ibiq; testatur Bal.Orian.in c.quoniã contra falsam,versiculo testium depositiones,num.165.de proba.asserit nõ probare codicem illum dominium nec possessionem, & ita de facto in ciuitate Cremonæ fuisse obtentum affirmat,idemq; obtentum asserit Fely.in c.causam,col.2.num.2.de proba. nisi ille de cuius agitur præiudicio consentiat. Alex.in consi.9. col.2. in 4. in consi. 68.col.j.in 3. in consi.81.in fi.eo.vol.in consi.36.col.j.in consi.185.col.2.ver. non obstat,in 5.in consi.57. nu.16. in 7.in l.pretia rerum,col.2.nu.7.ff.ad l Falci.Deci.in cõsil.146.col.8. versiculo secundo quia intentio,in primo, in consi.428.nu.5.in 3.dicit adminiculum facere,& saltem præsumptiuè probare, & ante illum testatur Bal.in l.quidam in suo,in fi.prin.ff.de condi.insti. citat tex in l. censualis.C.de donat.in consi.37.quidam verius,in fi.in 5.Cor.in consi. 165.in 3. asserit de iure non probare,cũ inter rem publicã & profiten.res agatur, tertio qui non interuenit nullum dicitur pręiudicium facere,nisi statutum loci aliter disponeret, quia illius verba diligenter

perſcrutanda eſſent,de quo loquutus eſt Alexan.in alijs terminis in conſi.3. col.2. in 4. Dicitq; quod per huiuſmodi ſtatutum, ſi clarè loquitur, ſublata eſt quæſtio an dominium & poſſeſſionem liber æſtimi probet.

40 Pro †affirmatiua citatur tex. in l.fi. C. de præd.naui. lib.11. vbi res tantum valet, quantum in codice æſtimi deſcripta reperitur, etiam quo ad alium effectum, quā ad illum ab quem deſcripta fuit,ibiq; not. tex. Bart.in l. rura, vbi Alex. C.de om. agr. deſer.lib. 11.in l.decem.ff. de verb.oblig.in prin. quem omnes ſectantur, vt ſaltem probet præſumptiuè,Bald.in l.fi.C.de mag. conuen.nu. 6.ver.ſexto,in l.inditia.C.de rei vend.col.2.verſi ſecundum exemplum. Caſtr.in l. ſcriniarios, nu.4. C.de teſta. mili.in l.ſi pater. C. de actio.emp. Alex.in conſi. 2.col. j. in 4.teſtatur Franc. de Peruſ.in conſi.j.in 5.inter cōſilia Bald.eius genitoris,quòd dominium probet ſi ſcienter à vero domino in codice æſtimi res deſignata foret, alias
41 nō ideo inſertur,ꝙ †ſi rem communem,ſciens inſolidū eſſe ſuam,quis deſcribat, ſibi præiudicat, Deci.in conſi. 146.col.6.nu.13.in conſi.21.num.10. in j.Ami.in conſi. 120.nu.34.hæc de plano procederent conſenſu apparēte,de quo ſi non conſtat,& alius poſſeſſor illorum bonorum non appareat,probat ſaltem præſumptiuè, Rom.in cōſi.127.poſito, & in conſi.165 liber annuit Cor.in cōſ. 333.nu.31.in j.At Deci.in conſi.595.nu.4.in 3 dicit ali-
42 quibus †cōcurrentibus fidem facere, vt probetur dominium & poſſeſſio, maxime antiquitate codicis concurrēte, Soci.verò in conſi. 205 in 2,articulum hunc tangit, lateq; diſputat,ac diſtinguit,quid in antiquis,quidve in nouis factis,& non comperto alio bonorū poſſeſſore, & liber æſtimi ſi à publicis perſonis ſit cuſtoditus, idem in conſi.258.col.2. ver.5. ſupputatum,in 2. Fel.in c. cauſā,
43 nu.8.de prob.Caſſa.in conſi.16.col. 2.ſi de †conſenſu illius de cuius agitur præiudicio appareat, res non habet hæſitationem, vt dixi, & Bal. teſtatur in l ſolemnibus. C. de rei vend.in l.cenſualis.C.de donat.Rom. in cōſi.291.

cum

cum isti fratres, citatur Bar. in d.l.rura. Alex.in consi.9. col.2.versi.non probat, in quarto, cum duobus sequen. & in consi.92.col.3.versicu. ad confirmationem, in 2.in
44 consi.68.col.1.in j.in consi. 77. nu.2.in 6.satisq; † constare dicitur si per officiales deputatos æstimo attestetur, mutando illius partitam de persona ad personam, ut exprimitur in citatis locis, Alex. in consi. 147.col.fi. uersi.plus autem, in 5.Deci.in d.consi.146.nu.13.in 1.

Placuit mihi semper opi. affirmatiua, etiam non constito de cõsensu illius de cuius damno tractatur.interuenientibus illis quæ citat, Soci.in d.consi. 205.col.fi.Ma-
45 gis † hanc opi. procedere affirmamus si ab initio confectionis æstimi emanatum foret proclama (ut semper fit) cõtinens vnumquemq; in termino pręfixo omnia bona
46 sua profiteri sub pęna &c.Nam † cum à iure aliquẽ actũ nolle facere per quem in pœnam cadat præsumatur.l. merito.ff.pro socio. Bar.in l.gerit, versicu. circa tertium principaliter. ff.de acqui.hæred.resultat probatio dominij ex eo & possessionis, ut attestatur Alex. in d.l.decem, nu.17.& Soci.in consi.89.col.5.versi. 3. in j.à communi
47 ter.n.accidentibus. Quod † argumentum valet, l.neque natales.C.de probatio. videmus.n.prædiorum dominos veros metu pęnæ ea profiteri, non qui veri non sunt domini, illi collectas soluunt, quas si possent euitarẽt, ingenue ergo fateamur quod bona pscripta in codice illius sint qui ea professus est, cũ collectas soluat, & nõ alterius
48 non profitentis, oneraq; nõ soluẽtis. Esset † enim, si hoc consideramus, iactare suum, quod à iure nõ conceditur, l.cum de indebito. ff.de probat. præsupposito semper ꝙ alius possessor eorum non appareat, ac onera nõ subeat, Soci.in d.consi.89.versi.optime, & in d.consi.205. col.3. versi.7.alio vero possessore existente, & onera sustinente procedat prima opi. negatiua. d.l.si pater. d.l.censualis, & alia, ibi citata, vt declarat Soci.in d. consi. 205. col.2.
49 vers.primo ex theorica. Fortius † cõperimus, Ias.in conf. 128.nu.3.in j.attestantem huiusmodi librum cum solu-

tione oneram diuisionem bonorum in eo descriptorũ probare, illiusq; fore qui collectas soluit, hanc opinionẽ non esse veram dicit Aret. in d.l. decem. col.3. versi. quærit ẽt Bar. quãdo de magno agitur præiudicio, magnũq; interuallum à die æstimi & probationis dominij interue nerit cuius contrarium firmauit ipse. in l. in illa. ff. de ver bo. oblig. & hæc opinio. vt diximus verior est, quam tot proceres firmarunt, etiam si agatur de magno præiudicio illis interuenientibus quæ supra citauimus.

50 Huic †accedat in fortioribus terminis decisio Nicol. Mutina, & Bal. quorum authoritas maxima est, codicẽ æstimi inter eiusdem territorij personas authoritate publica confectum à publicisq; officialibus seruatum plene probare, in l. exemplo. in prin. C. de probat. de hoc infra latius dicetur, num. 66.

51 Ex † ista conclusione tres soluuntur quæstiones, prima, rei valorem ex æstimi codice probari. Bart. in l. fi. C. dr præd. naui. lib 11 Bald. in l. 2. C. de rescind. vend. col. fi. nu. 27. versic. in contrarium, in l. fi. C. de magi. conuenien. num. 6. versi. 6. Alex. in consi. 199. nu. 6. in 6. Soci. in d. consi. 205. col 3. ver. 8. illis interuenientibus de quibus supra. Alioquin quo ad effectum, commodum, vel incommodum priuatorum concernentem non probaret, vt res tanti valeat post tempus æstimi perfecti, & sic de præsenti, vt declarat Alex. in l. pretia rerum, col. 2. nu. 7. ff. ad leg. Falcid.

Considera hoc dictum si simpliciter intelligatur non esse verum, quia codex iste valorem rei probat quando æstimatio in ipso est tempore contractus, vel parum ante aut post facta reperitur, vt testatur Bàr. in d.l. fi. & Salv. in d.l. 2. citatur Cyn. in auth. quamuis. C. de rei vxo. actio. hac declarationẽ tradit Aret. in consi. 65. In præenti, col. 2. versi. quia tamen audio quod sunt testes. Nisi

52 † contrarium testes afferãt, etiam si minor eorũ numerus pro codice induceretur, & cõtra eum maior esset, finge pro codice quatuor testes deponere, & cõtra codicem quinque,

quinque,immo tres pro illo,& quinque contra eũ,prævalet probatio codicis, quando de facto multum remoto illi quinque deponunt.hæc Aret. Latius.

53 Secunda † q est,librum censualem ecclesiæ illius emphyteosim etiam probare, canonis solutione per longũ tempus facta interueniente tradit Specul. in tit. de loc. §.nunc aliquo, versic. 51.& 57.etiam quo ad tertij damnum.Roma.in consi.127.posito,saltem pręsumptiue,At Deci.in d.consi 596 num.4.in 3.testatur.plenè, probare Alex.in consi.187.nu 2.in 7. Cass in consi.15.col.2.versic.constat etiam,& in consi.18.col.5.Arc.in consi.101.
54 nu.27.Et † si diem, mensemq; non habeat Rom.in cõs. 165.Cass.in d.consi.15. verum sine scrupulo, vera esset hæc concl interuenientibus antiquitate,alijsq; supra citatis, quia plenè,etiam in damnum tertij fidem faceret, latius Crau.in consi.158 in j.citat hanc quæstionem cu
55 ius dicta non refero.In †casu autem quo probat tantũ præsumptiuè, est adeo vehemens præsumptio quod vera probatio dici potest, Rom.in consi.127.Cass.in consi. 16.col.2. versi.nec nocere potest. Deci. in consi 428.nu. 3.in 3.testatur liquidissimam probationem fore,cum iuris sit pręsumptio,maxime fama, alioq; concurrente adminiculo probatis.

56 Tertia †q.deciditur, quem esse, vel non esse soluendo per hunc codicem probari,authore Bar.in d.l.decem, in princ. hicq; modus est excussionis, vt ibi is testatur, & Bald.in l.quæcunq;,col pen. versi per inuentarium. nu. 21.C.de ser.fug.huic opinioni contradicit Bald sibi contrarius, Raph. Imo.& Ang in d.l.decem. ratione vrgen-
57 ti.Quia †non sequitur,in codice tot bona sunt annotata,ergo plura non habet debitor,cum mobilia nõ descripta habere posset,ac in dies lucrari potest iuris præsumptione l.si defunctus.C.arbi.tutel.cum simili, &c.

58 In hac † q. Alex in d.l.decẽ, nu.16. distinguit, aut eo tempore quo codex conficitur proclama æditum est,vel loci statutũ disponit quempiam sub pœna profiteri om

 nia

nia bona sua, & quia illum delinquere velle à iure non præsumitur, codex iste probabit, opinioq; Bar. vera sit, & sequacium, alias si proclama, vel statutum dictat vnũ quenq; immobilia, tantum profiteri, opin. Raph. Imol. & aliorum procedet, opinionem Bar. firmat Soci. in d. consil. 89. col. 5. versiculo optime. At Raph. & sequaces non improbant Bar. quo ad hoc, vt codex probet statum, seu bona alicuius eo tempore saltem præsumptiue, vt declarat Socin. in d. consi. 205. col. 2. versic. primo, hoc modo Bart. defendit Ias. in d. l. decem, num. 36. non. n. plene sed præsumptiue illi adhibetur fides, quę onus probandi cõtrarium transfert in asserentē, considera quia si ad damnum tertij præsumptiue codex iste probat, vt supra attestātur tot partes, satis superq; sit probationem præsumptiue concludere. l. Lucius. §. omnes, ibiq; Bart. ff. de his quæ in frau. cred. illaq; sit probatio liquidissima. l. licet Imperator. ff. de leg. j. testatur Bar. in l. fi. ff. de pub. iud. ac Dec. in d. cõs. 428. nu. 3. Quid tunc refert quod codex plene vel præsumptiue probet, si liquidissima resultat probatio, ex illa pręsumptione.

59 Solutio † dicitur liquidissima probatio donec probetur contrarium, vt attestantur Doct. supra citati. alias si diceremur plene probare non differret à plena, & concludenti probatione, à qua longe differt, vt ex citatis clarè constat.

60 Alia † circa prædicta occurrit quæstio, Quid si tempore quo proclama ęditum est quā plures reperti sint im-
61 munes, an eos † comprehendat. d. proclama, vt bona sua profiteri cogantur metu pęnæ. Dic, si proclama sit generale, edictumq; simpliciter, eos non arctat, & à pœna excusantur si illi non parent, gl. fi. in l. ab executione. C. quo. appel. non recipiun. not. Bald. in addi. Specu. in titu. de arb. & in l. 2. C. de epis. aud. Necesse ergo qualitatem immunitatis exprimere, vt si gratis est concessa, aut pretio comparata, cum vltimo casu ab eo tolli nequit, Cast. in consi. 317. Viso, & examinato, in j.

Altera

62 Altera † etiam si offert q.an æstimum patris viuentis censeatur libra filij in potestate existentis. Accur.singulariter in l.2.C.qui æta.lib.10.asserit censeri,cui adstipulatur Bal.in l.fi.C.de imp.lucr.desc. vbi dicit, quod pro vno capite pater, & filius in publicis muneribus reputãtur.Bal.in l.sciẽdum col.3. versic.quinto.ff.qui satisf.cog. in l. j. §.j. C.commu. de manu.in l.2. circa fi.ff.de lib.eo-
63 rumq; lib.in priuatis secus esset. Ideo † Ias.ibi ad multa infert, in quibus pro vno reputantur, not.Alex.in consil.48.col.j.& fi.in j.vbi dicit quod inseparabiles iudicantur in muneribus subeundis. Cast.in cons.110.super primo quæsito.num.3.in j.Cor.in cons.268. num.4. in tertio.Dec.in cons.443.num.4.in tertio, & hoc verum esse attestãtur Doctores ficte ratione muneris publici. Verũ
64 †autem alia est patris,alia filij persona, num.29.Fely.in c.j.col.j.num.3. de magi.
65 Hęc†opin.in filio emancipato verificatur, vt extendit Accurs.in d.l.2. Bar.in l.j.§.domini.l'vltimo. ff.ad Sillania.in l.cum scimus, col.1. C.de agric.& cens.lib.11.ibique dicit quod vnum corpus consortum pars dicitur cęterorum.Ias.in d.l.sciendum.col.fi.num.38. & naturalis coniunctio publica & operatur munera.l.fin. versic.cum natura.C.de impub. vt attestatur ibi Dec.contra Modernos asserentes contrarium.
66 Postremo †quæritur,nunquid codex iste bona perscripta oneribus esse obnoxia probabit.Nicol.de Mutina,& Bal.in l.exemplo.C.de probat. in prin. dicunt inter personas eiusdem territorij si authoritate publica cõfectus sit seruatusq; à publicis personis, fidem plenam facere. At secus si diuersi sint territorij, ibique Salyc.firmat,& Alex.in auth.si quis in aliquo.fallen.6. nu.8.C.de eden. sensu Rom.in cons.105. viso themate, in fi.not.Io.And. in addi.Specul.in tit.de instr.editi.§.nunc dicendum. in addi.magna.versiculo quintum supputatum,hæc & alia congeruntur à Socin. in consil.187. col.6. versiculo sed præmissa, in secundo.

Consi Ic-

67 Conſiderandum † eſt quod hæc quæſtio reddit dubiā quæſtionem, an liber æſtimi dominium, & poſſeſſionem probet ad damnum tertij, in qua diximus, quòd interuenientibus citatis per Soc. & alios in conſilijs prędictis eum plene, vel ſaltem præſumptiuè probare. at ſi authoritas publica, cuſtodiaq́ue officialium, perſonæq́ue ſint eiuſdem territorij, abſque alijs requiſitis inducunt probationem plenam, vt bona ſint oneribus obnoxia, cur ſi hæc interueniant, & non alia non probabit dominium ac poſſeſſionem, non video, dicamus denique codicem publica authoritate confectum in locoq́ue publico & à publicis officialibus ſeruatum, quæ omnia ſemper interueniunt in damnum tertij plene probare, dommodo ſint perſonæ eiuſdem territorij, vt concludit Nicol. & Bal. ac alij, & Soc. ſibi contrarius in loco citato. deciſa eſt ergo quæſtio de dominio & poſſeſſione, quia cum hæc interueniant in libro æſtimi regulariter is plenè probauit, abſque eo quod alia requiſita interueniant, & ex his quæ de æſtimo dicta ſunt completa remaneant. Ad ſecundam partem deueniamus.



PARS

PARS SECVNDA,

DE COLLECTIS.

SVMMARIVM.

1 *Collecta dictio est Latina.*
2 *Collecta odiosa est, ideo contra eam fit interpretatio.*
3 *An ius percipiendi collectam sit mobile, vel immobile.*
4 *Collectam munus mixtum vocamus quando per as, & libram indicitur.*
5 *Mixtum dicitur quod à forma creatur, & materia.*
6 *Collectam reale munus iudicamus quando per ea sunt bona obnoxia vi censura municipalis.*
7 *Si quid certi in annis singulis indicitur, reale onus nuncupatur, & est idem quod indictio.*
8 *An collecta munus personale iudicetur, & quando.*
9 *Si contra forensem exactor personali agat actione pro solutione onerum succumbit.*
10 *Decaptorie mixtum munus dicitur.*
11 *Quid si munus reale, personale, mixtum, sordidum, tributum, census, decima, annua prastatio, annona militaris, indictum, & super indictum.*
12 *Capitatio qua sit, quodq; onus sit.*
13 *Subiectis duntaxat indicitur & rusticis.*
14 *Capita sequitur.*
15 *Consuetudine induci potest vt illam non subeant rustici, sed ciues, & burgenses.*
16 *Consuetudinem in indicendis oneribus valde spectamus.*
17 *Capitationis onus an ciues & artifices cõi iure subeant.*
18 *An l. prima. C. de cap. ciui. cen. eximen. totusq; ille Tit. loquatur in quibuscunque ciuibus.*
19 *Quod fit à pluribus facilius tolleratur.*
20 *An hodie ciues, burgenses subeant capitationem.*

Quando

21 *Quando valeat argumentum de consuetudine ad statutū*
22 *Doctori de consuetudine attestanti an sit credendum, & quando. & num. 23.*
24 *Consuetudinem seruandam esse in loco quo viget affirmamus non alibi. & num. 25.*
26 *Ciuitas quæ iura habet Principis condit statuta.*
27 *Immunes ex priuilegio quod vim habet contractus collectari posse dicimus vrgente necessitate.*
28 *Capitatio pro custodia castrorum rusticis vt plurimum indicitur.*
29 *An collecta sit munus ordinarium, vel extraordinarium.*
30 *Ordinarium munus dicitur quod lege Senatusconsulto, ac Principis constitutione indictum comperimus.*
31 *Collectam extraordinariū munus esse iudicamus quia non habet vniformem præstationē, ne ve lege Senatuscōsulto Principisq́ constitutione indicitur. At si certā præstationem haberet, etiam si vi municipalis censura indiceretur extraordinarium esse onus iudicamus.*
23 *Collectam à Cesare Augusto originem traxisse credimus.*
33 *Quo tempore tributum ortum, quod de aula recessit locoq́ illius subrogata fuit collecta.*
34 *Nouum onus vocatur à Castren. collecta.*
35 *Vocatur collecta, quia à possessoribus colligitur.*
36 *Onus collectæ ad possessorem spectat.*
37 *Possessor dicitur qui pro suo possidet fructusq́ colligit.*
38 *Descriptus in æstimo ad onus collectæ cogitur quando illa per æs, & libram indicitur.*
39 *Si perscriptus bona alienet, curet emptorem idoneum æstimare, vt collectarum onera effugiat.*
40 *Fiscus cogit venditorem & emptorem ad onera persoluenda, quia vtrunque tenet obligatum. & num. 41.*
42. *Pro oneribus soluendis habet fiscus bona obnoxia.*
43 *Si municipalis censura ordinetur bona pro collectis hypothecari possessor, & non descriptus compellitur.*
44 *Venditorem in non idoneum alienantem ad præsentes, prętcritasq́ collectas cogi posse affirmamus.*

De Collectis. Cap. I.

1 COLLECTA † quam sic vocat Accur. in l.rescripto. §.fi.ff.de mun. & hono.Dictio latina est, quia Varro in lib.de ling. lat.& Cic.in lib.2.de oratore eam vocem in proprio sensu vsurpãt vt testatur Tiraquel.in tract.de retra.in fi.totius.Tit.nu.
2 84 Odiosa †est cum prædia oneribus afficiat, quę erant libera, ideo contra eam semper fit interpretatio, vt inquit Crau.in consi 111. num.9.in 1. & qui eam licitam fore assereret onus ꝓbãdi suscipit.Bar.& Rebuf.in l.vnica.C.de vaca.mun. lib 10.in l.vnica. C.de superind.eod.
3 lib.An †ius illam percipiendi inter mobilia,vel immobilia comprehendatur. Tiraquel.in d. tract.in §.j in gl.septima car.27.num 35.
4 Collecta †ergo quando personis pro rebus,per æs, & libram.i.inter patrimonij facultates indicitur proprie munus mixtum nuncupatur.Bar.in l.4. §.actor. ff.de re iud.in l.vnica.C.de mul. & in quo.lo.lib. 10.col.pen.ver. item quæro, plura congerit Deci.in consi.335. in princ. in secundo. Ami.in consi.146.in fi Bald. in l.prædia, col. 1.versic.sed quare.C. sine censu vel reliq. in l.placet, col. 2.num 16.ver.nunc de mixto, & versi. sed qualiter,num. 46.C.de sacros eccl.quia cum persona,neque res sit causa immediata indictionis illius.sed vtraque insimul mixtum onus vocatur. Testatus est Bal.in d.l.placet, præcipuè, quia indicitur generaliter patrimoniũq; in genere respicit,

respicit, quia si certi loci respiceret facultates, non mixtum sed reale foret, ratione ergo realis, & personalis nexus non officij aut operæ, mixtum onus vocatur à Bal. in consi.409. ad euidentiam, nu.2. in quinto, in cõs.112. de generali, col.2. nu.6. versi. sciendum, in 2. in l. propter honorem, in fi. C. qui bonis cedere possi. nouissime testa
5 tur Soci.Iun. in consi.38. nu.15. in primo. Et † cum vnũ totum formaliter à forma, & materia creatur mixtũ est licet reale nuncupari posset ratione subiecta, cum pro illius modo indicatur, vt testat. Bal. in d.l. propter honorem. Alex. in consi.3. nu.10. in 7. item & quia rei possessorem sequitur, vt inquit Bal. in cons.433. sicut in primo. At cum personis propter rem indicatur mixtum vocemus. Cor. in consi.264. nu.6. in quarto. Soci. in consi. 129. in princ. in primo. Alex. in d.l. præscripto. §. fi.
6 † Rursus & reale & patrimoniale munus iudicari potest si vi censuræ municipalis bona cuiusq; pro collectis sint obnoxia, quia cum res vinculo oblationis tantũ, & non persona astringatur, reale & non mixtũ esse diceremus. Cor. in d. consi. 264. nu.6. At statuto circunscripto mixtum vocatur, vt omnes fatentur, quapropter cum Ias. in d.l. placet, nu.3. versi. secundum est. asserat id merè reale esse, non videtur bene loqui si hoc affirmaret, at literam in codice meo corruptam esse existimo, quia tantum virum hæc dixisse non vereor, eo maxime quia inferius nu.5. fatetur tributũ munus esse merè reale, tametsi ita loqueretur attenta impositionis forma, nõ incertæ præstationis merè reale iudicatur, vt considerat, Aret. in consi.133. in causa quæ, col.2. versic. restat videre, dum arguit Bal. in l. neminem. C. de sacrosan. eccles.
7 Fingamus † quod certum & limitatũ singulis annis indicitur fiscales regni hanc esse collectam onusq; reale & patrimoniale asserũt, quia personis pro rebus indicitur, esset q; idē quod indictio. And. de Iser. & Bald. in c.j. col. pen. in Tit. quæ sint regali. Alexan. in consi.52. in fi. in 5. Cur.Iun. in cons.60. nu.4. in consi.61. nu.6. Dec. in cons.

694.num.8.in quarto. At non ita loquitur Iaſ.in loco citato,ſed in onere incerto, & expreſsè in collecta.

Et ex iſtis deprehendi poteſt Cor.in conſ.83.num.19. in quarto (vt opinior) erraſſe (ſalua pace) affirmantem collectam perſonale munus appellari, dum citat Bar.in l.libertus.§.ſola.ff.ad muni.& alibi,qui non ita loquitur, immo contrarium aſſerit collectam onus eſſe quod perſonæ pro rebus indicitur, ergo mixtum munus vocabi-
8 mus. Niſi dicamus † quod ratione impoſitionis perſonale dicitur,quia ſubdito tantum,& non forenſi indicitur, vt teſtatur Bar.in locis citatis per Cor. Vel ſecundo
9 † ratione actionis proponendę contra forenſem ſi perſonali agatur actione, quia exactor collectarum ſuccumbet. Bart.in l.forma.§ primo. ff.de cenſ. proprie tamen loquendo mixtum munus omnes eſſe fatentur nemine contradicente.

10 Aliud † munus nūcupatur mixtum,excepta collecta, vt decaprotie.i.decem primatus nō multum publicanis abſimiles. Alciat.in l.munus tribus.ff.de verb.ſign.

11 Quid † vero ſit munus mere reale,mere perſonale,ſordidum,& mixtum, in quoque differant collecta, tributum,cenſus,decima,annua præſtatio, annona militaris, indictum & ſuper indictum, declarat Iaſ.& Doct.in d.l. placet, & Accurſ.in Rubr.C.de ano.& trib.lib.10. in l.j. §.j.ff.de publi. Bar.in l.vnica.C.de mulier. & in quo loc. lib.10.Aret.in conſil.105.in cauſa magnifici, & in dicto conſil.133.Alcia.in d.l.munus tribus.

12 Aliud onus † quod taxam vocamus,aliquādo indicit, in quo vero à collecta differat videamus, intelligo de taxa quæ capitatio nūcupatur, quā collectam dicit Bar.in repet.d.l.placet. (ſi Bar.eſt) col.pen. verſic.qualiter collecta, in d.l.vnica, & in l.quarta. §.actor. ff. de re iudic. Bal.in d.l.placet,num.42.verſic.53.qualiter. Quæ lectura videtur eadem cum Bart. lect. patrimoniale onus tm̄ dici poteſt quia perſonæ nō reſpectu bonorū indicitur, Bar.in d.l.vnica,col.3.verſic.venio ad ſecundam. Alciat.

in

in d.l.munus tribus per capita personarũ exigitur. Parpa.In d l.placet,col.8. versic. est ergo, citat plura Socin.
13 Inn.in cons.49.num.13.in j. Vnde † subiectus duntaxat subit onus non autem forensis,& rustici tantum grauãtur non ciues.l.j.C.de capita.ciui.cens. Exim.lib.11.ibique declarat Accur. & qui hoc onus subeunt ad nullum aliud onus compelluntur. C. ne rustic. ad vllum obseq. lib.11.l.j.Vnde quispiam quid certum singulis annis soluit pro quolibet capite.l.cũ ante.& ibi not. C.de agri. &
14 cens.lib.11.gl.in d.l.vnica. Et † hoc onus capita quibus indicitur semper sequitur. Soc.in cons.243.col.j.in secũ
15 do. Verum † consuetudine potest induci, quod ad hoc onus rustici nõ astringantur, & ecõtra quod nedum hi, verum,& ciues,artifices,& in suburbijs dègẽtes ad illius solutionẽ cogantur, vt Parpa.in d.l.placet,col.9.vers. fallit.2.attestatus est. & Soc.Iun.in d.cons.49.num.15.16.
16 Consuetudinem † autẽ in oneribus indicendis valde inspicimus,quę cõtra iuris regulas attẽditur.l.vnica.ibique Bar.C.de aur.coro.lib.10. Alex.in cõs.52.col.2.vers. hoc præsupposito, in 5.Soc.Iun.in citato consi.num.16.
17 Occurrit † circa prædicta, quęstio quę de facto accidit consuetudine circumscripta, nunquid hęc capitatio artificibus qui bona non possident, necessitatibus vrgentibus in communi possit indici, quando facultates in codice perscriptæ nõ sufficiunt, vel etiam ciuibus quorum patrimonia descripta ad sananda debita vel imminentes necessitates non sunt idonea.
18 Quod † cõpelli valeant citatur ratio, quia licet ciues ab hoc onere eximantur.d.l.j. C. de cap.ciui.cen. Exim. Restringitur ad censum qui Cęsari soluebatur, à quo is nedum Romanos verũ quoscunque alios ciues eximit. vt ibi innuit Accur.qui generaliter loquitur,non tamen prohibet quin ciuitas ob grauia onera hoc onus capitationis illi indicere non valeat.
19 Qui † illud tollerare debent quòd à pluribus sustinetur, vt inquit Bar.Soc.in consil.6 [illegible] consilia Calc. Anch.

20 Anch.in conf.389.Vifis num.5.Tanto †magis cum hodie illud fubeunt artifices,& burgenfes, vt atteftat Parp.
21 in d.l.placet,col.9.nu.26.verf.ex hoc. Ideo†ficut confuetudine folutio huius oneris iudicis poteft ita ftatuto à ciuitate edito,vt arguit Alex.in cõf.119.nu.12.in fexto,
22 & in conf.109.col.3.verfic.& primo,in tertio. Et † Doctori de cõfuetudine atteftanti creditur.Bar.in l.de quibus,col.2.verfic.4.principaliter.ff.de leg. Quæ opin.non tranfit fine fcrupulo. At vera eft quando ex aduerfo contrarium non probatur,& eft opinio cõmunis,vt affimat Dec.in l.2.§.mutui datio,circa fi.ff.fi cer.pet. Soc.Iun.in conf.60.nu.10.in fecundo, & faltem quo ad artifices & burgenfes, ftante confuetudine poterit ciuitas ordinando hoc onus ob imminentem neceffitatem illis indicere.
23 In contrarium † videtur tit. de cap.ciui.cen. exim.C. qui in quibufcunq; ciuibus habet locum, & quarũcunque vrbium, vt ibi Ang.teftatur, ac Io.de Platea.Rurfus ex quo nunquam hoc onere fuerunt collectati, dicimus confuetudinẽ effe inductam vt de cętero cogi nõ valeãt.
24 Quæ†præualet in oneribus iftis,vt inquit Iaf.& Parp.in d.l.placet,num.16.& Crau.in conf.3. num.15.in j.

Non obft.obiectum de confuetudine citata per Parp. quæ in eius patris viget, quia fi ibi feruatur res,non habet dubium.At cum contraria in iftis partibus vigeat,ꝙ aftringi non poffint ad capitationem, hæc eft feruanda, vt cogi non valeant, vt inquit Crau.in citato confil.Vl-
25 terius†confuetudo reftringitur ad loca in quibus viget, & ad eos qui foluerunt, non ad alia,aliafque perfonas, vt latius profequitur.

26 Non †obft.quod fi cõfuetudine quid induci poteft,ergo & ftatuto, quia dico obiectum procedere in ciuitate quæ vicem Principis obtinet. Bar.in l.1.§.de qua re.ff.de poftulan.in l.infamem.ff.de pub.iud. Rom.in conf.456. in cafu præfuppofito,num.1.cum alijs,quæ citat Dec.in conf.528.num.1.& in conf.534.num.2.in tertio.

In huiufmodi queftione dicerẽ,fi immineret tãta ne-

cessitas quod facultates in æstimo perscriptæ non suffi- ciunt ad onera sanãda, hanc capitationẽ ciuibus alijsq; subditis indici posse à communitate, quæ collectas im-
27 ponendi authoritatem habet, Quia † etiam immunes ex priuilegio, quod in contractum transiuit, coguntur de iure ad solutionem onerum necessitate vrgente, quã- do aliæ facultates non suppetunt, vt infra in vltima par- te dicetur, vltima limitatione.
28 Hæc † capitatio in quampluribus locis pro custodia castrorum rusticis tantum indicitur. Quæ si cessat, an so lutio illius cesset. vide Soc. Iu. in consi. 49. nu. 31. in j. & si erratum sit in taxa, qui illam imposuere puniuntur, aliaq; fienda est eorum expensis. Castr. in consi. 50.
29 De onere † mixto vidimus, dicamus nunc an sit ordi- narium, vel extraordinarium onus collecta. Bart. in l. hi qui. col. 1. versic. item quæro quæ dicatur. ff. de iu. immu. dicit quod si à lege Senatusconsulto, vel Principis consti- tutione indicatur, esse ordinarium, & in l. omnes. la 2. C. de anno. & trib. lib. 10. in l. j. C. de indic. eo. lib. & hoc inef fabile esse testatur in l. j. C. de agri. & cens. lib. 11. in cõsi. 180. si aliqua possessio. Bald. in d. l. placet, col. j. Alcia. in d. l. munus tribus, & hoc si ordinato tempore de anno in annum, vel de quinquennio in quinquenniũ indicatur, vt inquit Bar. in d. l. j. & si certam habet præstationẽ, vt
30 affirmat in d. l. vnica. C. de muli. & in quo. loc. At † cum collecta lege, Senatuscõsulto, ac Principis constitutione non indicatur, indeterminatamq; in se præstationẽ cõ- tineat. Extraordinariũ munus nuncupatur, per accidens enim variatur vt testatur. Bar. in d. cõs. 180. annuit Aret. in consi. 133. citato, col. 2. versic. sed tamen, & expressius
31 col. 3. versi. sed tamen, Tamen † & si à statuto sancitum est eam indici, ordinarium onus nuncupabitur. Ad. Bar. in d. l. ij qui, versi. quæro quæ dicatur, si certam formam habet, vt ibi fatetur Alex. nec alij improbant, quæ idem quod ind ctio est, vocabitur, vt fiscales regni affirmant, & supra diximus, citando And. de Iser. Alex. Cur. Iu. &
Deci.

ci. nos tractamus de collecta quæ incertam habet prę
tionem,& non vniformem,quia quandoq; plus,quan
q; minus indicitur,pro vt vrgent necessitates, & hæc
inus extraordinarium esse omnes fatentur, quia ex-
ordinem indicitur. Bald.in l.fi.nu.5, versi. Aduerte.C.
cen.vel reliqui.

Quæ sit indictio, quodque munus, & quæ sit colle-
, & quædam alia absoluimus, nunc à quo originem
npserit,cur ita vocetur discutiamus.

Originem† habuisse credimus ab Augusto,qui vniuer
n mundum describi mandauit,vt inquit Accur.in l.j.
de apo pub.in versi.descriptiones. lib. 10.quo tempo-
,vt diximus ortum est tributum.Quod † cum ab aula
cesserit, quia etiam cessauit Rom. Imperium, collecta
fecta est illius loco.Castr.in d.l.placet, nu. 45.Ami.in
nsi.8.nu.53,in cons.146.nu.5.Nouumq;†onus quod
die à ciuitatibus dominorumq; locis indicitur appel-
ur,ad antiqui oneris similitudinē,vt attestatur Castr.
citata l.placet.

Vocatur† ergo collecta quæ personæ pro rebus indici
r,vt Accurs. affirmat in l. rescript. in versi.incolis.ff.de
un.& hono.Bal.in c.j.col. fi.in tit. quæ sint regal.Cur.
.in consi.60.nu.4.in consi.61.nu. 6. Quia à possessori-
s pro modo facultatum descriptarū ęstimo colligitur.
in. C. sine censu vel reliquijs, vbi Sali. in tertio not,
l.in l.si negocium.C.de nego.gest. cum alijs quæ citat
eci.in consi.694.nu.10.in quarto,vbi testatus est regu-
m tradi à Doc.Onus† soluendi collectam ad possesso-
m pertinere, hoc verū esse affirmamus & quod prædia
n sint perscripta illorum possessori, cum ad quencūq;
anseāt,is obligetur,quia cū suo onere suaq; transeunt
usa.Soci.in consi.243. in præsenti consultatione,in se-
ndo, & æquum est vt qui possidet fructusque percipit
t licet alter perscriptus reperiatur) collectarum onus
beat.Deci.in consi. 285.in secundo,in consi. 156. col.
in j.Soci.in cons.119.in j. & hanc communem esse re-

gulam testatur Cur.Iu.in consi.42.num.1. Intelligas de
37 possessore † qui pro suo possidet suosque facit fructus, quia onus hoc illum sequitur etiam quod alter æstimatus sit.Rom in consi.73.circa primum,col.fi.nu. 5. Alex. in consi. 34. col. 4. versi.cum ergo munus,in quarto,in consi.31.col.fi.in quinto,in consi.148.nu.2. in sexto,Gozad.in consi.83.

38 Hanc† regulam à Doc.traditam in casu nostro nō habere locum affirmamus in quo collecta per æs,& libram indicitur, hoc est iuxta vires patrimonij. Barto.in l.4.§. actor.ff.de re iud.Ami.in consi.146.nu.6. Deci.in consi. 133.in secundo,Crau.in consi.165.Quia descriptio tantum,& non qui possidet consideratur, illa enim ad hoc tendit, vt perscriptus grauetur præcise, & non alius, vt firmat Bal.in l.etiam,col pen.versi.item habentes . C.de execu.rei iud.in l.1 §.quod si nemo,col.pen. versic.super tertio.quod cuiusq; vniuer.nomi. Bart.in l. incola. ff.ad municip.alia citantur à Cur.Iu. in consi. 68.in fi.ibique attestatur non considerari prędiorum possessorē,verum duntaxat ęstimum in indictione collectę, vt perscriptus grauetur,& non possessor,hanc opinionē firmat Deci.in
39 consi.285.citato nu.quinto, versic.quarto.Curet † ergo perscriptus in alienatione prędiorum emptorem ęstimari,alias semper grauari potest ad solutionem onerum, & quidem idoneū.Bar in d.l.incola.Bal.in auth. sed periculum.C.sine censu,vel reliq.in l.si negocium.C. de nego. gest.licet ab emptore repeteret, vt ibi,ita loquitur Bart. in l.1.C.de exact.trib.de debitore onerū, qui exactori respondet,ostende mihi si sum descriptus in codice ęstimi.

40 Hanc† cōclusionē intelligimus quo ad priuatos at cōtra fiscum nil opitulatur, cum & possessorem & perscriptū cogere valeat ad solutionem onerū, vt inquit Cast. in d.l.si negocium,asserens hoc terminari per l. fi. C.sine
41 cens.vel reliq.vbi etiam annotat Bar. Is †.n.quē mauult de prędictis eligit, ac exigit,cum vtrunq; obligatum teneat ratione rei perscriptę, q̄ obnoxia est pro oneribus

sol-

ſoluendis.l.Imperatores.ff.de public. affirmat Dec.in ci-
tato conſ.285.num.6. Et licet † Cor.in conſ.24.nu.10.
in tertio, aſſerat opi.Bar.& Bal. iure non probari, fatetur
tamen quod in conſulendo ab authoritate eorum non
recederet, & quia caſus ſuper quo conſuluit eſt à termi-
nis noſtris diuerſus, eorum opinionem non ſequitur.

Illam †opinionem Doctores noſtri limitant ſi muni-
cipali cēſura ſancitum ſit pro collectis obnoxia fore bo
na, quia deſcriptio non cōſideratur, ſed duntaxat poſſeſ-
ſor qui aſtringitur ad ſolutionem onerum. Aret.in con-
ſil.105. in cauſa magnifici, niſi auctor ſoluendo non ſit,
animaduertat ergo rem alienare idoneo, eumq; in codi
ce perſcribere curet ne pro eo onera ſoluat, vt diximus.

Et†ne dum collectas ſuo tempore indictas ſoluere co
getur, at præteritus, & hoc ratione hypothecæ bonorũ.
Rom.in conſ.73.num.5. Aret.in citato conſ.105. Soc.in
1.conſil.119. verſic.decimo. licet intelligat non ratione
obligationis ſtatuti, ſed tacite à iure communi introdu-
ctæ dum citat d.l.Imperatores.

Indicitur † nempe collecta in dubio per æs, & libram
indicta. Bar.in d.§.actor. in fi.veram ſi de cauſa impoſi-
tionis appareat illi ſtan. eſt, quia ex ea impoſitio, an ſit
per æs & libram, per capita vel fumantes iudicabitur an
notat Franc.de Alb. Bal.nouel.& Iaſ.ibi num.10. & Bal.
in d.l.placet, col.pen.num.42. in d.l.prima.§.quod ſi ne-
mo, verſic.primo. Bar.in l.ne quid.nu.10.ff.de incen.rui.
naufr.in l.2.C.de immu.nem.conced.in l.vnica.C.de mu
ne. & in quo loc.in l.1. C.de apo.pub.lib.10. Bald.in d.l.
tiam, in fi.Soc in conſil.116. col.5. verſic. tertio princi-
paliter, in primo. Bal.in l. ciuitas, col 3. verſic.ſed pœnæ.
ff.ſi cer.pet.in conſil.47.ad euidentiam, num.5.in tertio,
Guid. Pap.Deciſ.87.ſi villa, nu.5. Et†de modo indicandi
de diuiſione onerum, Bald.in l.omnium.C.de veſtiga.&
cōmiſ.in auth.defuncto, nu.12. C ad Tertul.vide tex.in
l.2.C.qui ętat.lib.10. Circa† hoc in quibuſdã locis ſtatu
ta vigent quæ ſeruãda ſunt, Bal.in d.l.1.§.quod ſi nemo,

versic.super.j.quæst.in d.l.etiam.nu.28.in d.auth.defuncto.num.11.12.Bar.in l.fi.in tit.C.de colleg.illici.

48 Ab † hac voce, in iure collectarij nuncupari possunt qui auctionibus publicanorum reliqua emere solent, qui cum ob grauiores curas, vel debitorum procrastinatione exigere nequeunt, modico pretio venierint, hęc Alcia.de verb.sign. lib.4. versic.sunt coactores. car.88.licet aliter accipiatur in l.quisquis. C. si cer.pet.

49 Adeo † vera est illa opinio, quod ad fructus percipientem solutio onerũ spectat, vt si venditor rem alienet innito pacto quod intra quinquennium sibi liceat illam pro eomet pretio habere eoq; pendente si collecta indicatur ad emptorem fructus percipientem pertinet solutio, vt inquit Cagno.in l.2.C.de pact.inter emp.& vend. q.19. cum alijsq; citat Tiraq.de vtroque ratrac.in fi.totius tituli, num.84. versic. nono quæro.

DE COLLECTIS.

SVMMARIVM.

1 *QVi potestatem sibi vendicarint collectam indicendi.*

2 *Est iurisdictionis meriq; ac mixti imperij. Et numero 3.& 4.*

5 *Ratione superioritatis indicitur, ideo supremus Princeps indicit eam ratione vtilitatis publicæ, & non aliorum.*

6 *Idem in ciuitate quæ vicem Principis obtinet asserimus.*

7 *Vel ex priuilegio regalia haberet, aut cõsuetudine antiqua.*

8 *Castrum, Ciuitatem, aut Villam quamlibet pro vtilitate publica collectã indicendi prohiberi dicimus absque iussu Principis, at pro necessitatibus, terræ, vel loci, absque iussu illius ciuibus suis, ac incolis illam indicere posse affirmamus.*

Renuente

Renuente ciuitate, castro, vel villa c. llectam indicere iudex cogit, vel dicit ipse citatis omnibus. Et nu. 10.

Quod iudex collectam indicere non valeat affirmat Parp. illius opinionem intelligemus ratione publica vtilitatis, alias si immineret necessitas illum non posse affirmaret, non recte sensisse iudicamus.

Dux, Co. March. & Baro. si merũ, ac mixtũ imperium obtineãt, cũ sint perpetuo inuestiti potestatem indicẽdi collectam habere credimus contra Parpal. & nu 13. & 14.

Hij inferiores à Principe quod est ordinarium extraordinarium, & econtra faciunt.

Priores ciuitatis indicunt collectam.

Collegia & artes concernentibus suis negocijs collectam indicunt consuetudine maxime vigente.

Ius indicendi collectam, alteri demandari nequit, sed illius commoditas.

In impositione collecta quot homines debent interuenire.

Per regentes, & consiliarios collecta indicitur.

Maior pars regentium quam duas ex tribus intelligimus collectam indicere, idemq; in omnibus alijs actibus vniuersitatis communiter seruari attestamur.

Dua partes ex tribus non validant quod gestum est quando actum est expresse expediri concorditer quod in communi geritur.

Congregationem vniuersitatis iussu superioris in loco solito sono campana, vel praconis voce fieri dicimus, hac non requiruntur quando sunt prasentes consiliarij.

Quicquid gestum est à maiori parte regentium de eorumq; deliberatione debet constare, alias vniuersitas ex illo actu non obligatur ex cõtractu nec tenetur ex delicto, licet delinquentes pœnam non effugiant. Et nu. 25.

In quampluribus Italia locis edita sunt statuta de forma congregandi regentes.

Eandem solemnitatem in actus reuocatione requiri dicimus, qua in illius perfectione interuenisse apparet.

Si regentes citati non veniunt, an alij expediant actum.

29 *Si superior sit absens, vel infirmus cuius iussu congregatur vniuersitas.*

30 *Duæ partes in profanis negocijs cõgregant alios, qui si sunt contumaces, per eos, & minorem partem actus expeditur imminente necessitate, vel si periculum sit in mora.*

31 *Maiorem partem vocum dignitate non numero intelligimus.*

32 *Si municipali censura vel consuetudine sancitum sit, actũ concorditer à regentibus geri, ex duabus partibus eorum non validari asserimus.*

33 *Regentes vel consiliarij non subrogant quenquam in locum sui in actibus vniuersitatis, nisi in munere decurionatus.*

34 *Duæ partes ex tribus in actus renouatione finito tempore interuenisse censentur.*

35 *Regulam quod duæ partes in illis actibus requiruntur, habere locum etiam in his quæ tendunt in vtilitatem vniuersitatis affirmamus.*

36 *An regentes & consiliarij absentes sint citandi in actibus vniuersitatis expediendis.*

37 *Non citantur absentes, tribus casibus exceptis, contra Ias.*

38 *Quo ordine se regant in impositione collectæ regentes vel consiliarij.*

39 *Bona perscripta æstimo, illorumq́; æstimationem percunctare debere regentes in indicendo collectam.*

40 *Collecta indicitur etiam super bonis non perscriptis in æstimo in locis in quibus nõ æstimantur bona dummodò sint æstimabilia, & quæ sint. Et nu.41.*

42 *Collecta subditis duntaxat, indicitur eum personis pro rebus indicatur.*

43 *Forenses pro bonis alibi possessis grauari non posse onere collectarum affirmamus. limita vt nu.44.*

45 *Etiam si domicilium mutauerint, in eoq́; per annos 10. habitauerint, ibiq́; bona quæsiuerint, citra animum permanendi, non compelli.*

46 *Quam pro muris reparandis, pontibus, ac vijs ad indictam*

exten-

extendimus.

Ad collectam iuxta æstimum per æs & libram impositam forenses cogi posset de iure firmamus, si perscriptum comperiamus in æstimo.

Hodie forenses ad collectas quæ indicuntur pro bonis alibi possessis, & perscriptis compelli posse de iure dicimus, cum & ipsi eorumq; bona semper describantur, in quibuscunque Italiæ locis. Et num. 49.

Forenses ad ea onera compelluntur ad quæ Ecclesia de iure cogi potest.

Qui Collectam Indicant. Cap. II.



VID † sit collecta, à quo originem traxerit, & vnde oriatur absoluimus, videamus nunc qui illam indicendi authoritatem habeant. Et † cum sit iurisdictionis, non subiectis indici non valet. l. rescrip. §.fi.ff.de mu.& hono. Immo † ius hoc est de regalibus, vt testatur. Abb.in consil. 13. ne hunc, nume.4.in secundo, & meri Imperij Bald.in l.etiam, num. 21.versi.item non puto. C.de exec.rei iud.Cor.in consil. 333.num.33. in 1. Verum † & mixti. Alexand.in consil. 35.viso, in 2.ratione enim superioritatis indicitur. Quapropter † non est dubium supremum Principem pro vtilitate publica authoritatem hanc sibi vendicare, vt inquit Barto. in l. 1. in 2.nota. C. de superind. in l. vnica. C.de mul.& in quo loc. lib. 10.col.tertia, versicu. quæro sic.Bald.in d.l.placet.col.3.num.18.versi. circa tertium. Alex.in l.4.§.actor, num.13.ff.de re iud.Felyn. in c.cum dilecta, de rescrip.num.65.versicu.singuli. Cor. in consi. 199.num.23. in 1.Eandem † potestatem habere dicimus quamcunque ciuitatem quæ iura Principis obtineat, vt attestan-

attestantur. Alexand. & Rebuff. in d.l.j.C. de superind. & Bar. in d.l vnica, versi. prædicta vera. Abb. in consi 61. videtur primo, num. 5. in 2. idem iudicamus in quacunq;
7 alia ciuitate, Castro, aut villa † quæ ex priuilegio haberet regalia, vel ex antiqua consuetudine, vt affirmant Abb. in consi. 2. videtur primo, & in d. consi. 13. num. 4. Ange. consi. 206. col. 1 Alex in d. §. actor, & latius per Crau. in consi. 195. col. 1. in 1. Deci. in l. Imperium, nu. 37. ff de iurisd. om. iud. Alex. in consi. 52. in quinto. Cur. Iu. in consi. 60. nu. 8. in consi 62. num 10. in consi. 68. Arnol. ferro. de consuetu. in tit. de feud. §. 17. colum. 51. versi. nec tamen,
8 Guid. Pap. Decis. 87. si villa. Omnibus † ijs circumscriptis, castrum, ciuitatem, ac villam Imperij iura & regalia non habentem à iure prohiberi, dicimus hoc ius indicendi pro vtilitate reipublicæ absque Principis authoritate, at pro necessitate proprie terræ vel loci, vt si debita vel necessitas alia vrgeat, ciuibus incolisque suis hoc onus indicere potest quælibet ciuitas, & vniuersitas. l. omnes C. de operi. pub. Accurs. in auth. quibus mod. natu. effi. sui, in §. si quis igitur. in verbo, persoluat. Bartol. Bal. Ang. & cęteri hoc attestantur. in d. §. actor, hancque quæstionem Paduę disceptatam refert ibi Ange. obtentumq; fuisse vniuersitatem pro suis necessitatibus, Bursam nō habentem, collectam indicere posse, affirmantq; Bar. Alex. & Rebuf. in locis citatis, glos. 2. Bal. in l. j. §. quæ si nemo, versic. quærit hic. glos. ff. quod cuius vniuers. nomi. Alexan. in d. consi. 52. & in consi. 78. num. 4. in 6 Felyn. in d. c. cum dilecta, num. 94. Abb. & Crau. in consi-
9 lijs citatis. Quinimo † si renueret, per iudicem cogetur, d. l. omnes, & Doct. in d. §. actor. Et Guid. Pap. d. Decis. 87.
10 Vel iudex † ipse necessitatibus illis prouidendo indicere non prohibetur, vt inquit Bart. & Doc. in d. §. actor, ver. quæro quid si. quod verum esse asserit Ias. illis de vniuersitate vocatis.
11 Hoc vltimum † Parp. in d. l. placet, nu. 19. placuisse nō videtur cū dicat officialem authoritatem onus hoc indicendi

dicendi sibi non vendicare, nisi ad gubernandum præpositus sit. At intelligo de illo onere, quod vtilitatē publicam forte respiciebat, ergo etiam castrum & vniuersitas priuatur, vt diximus, alias si de onere quod indicitur pro necessitatibus locorum loqui vellet, illorum incolis renuentibus, perperam loqueretur, cum à iure potestatem habet, per ea quæ in d.§.actor, citantur, ac in alijs locis supra.

Quod † de supremo Principe, ciuitateq; libera, vt pro publica vtilitate collectam indicere valeant diximus, idē de Ducibus, Comitibus, Marchionibus, ac Baronibus affirmamus, si merum mixtumq; Imperium ex priuilegio teneant, Bald.in d l.placet, col.3.nu.18. Alex.in d.l.1. C.de superind. Cur.Iun.in d.consi 61.num.8.ij.n.inuesti ti † perpetuo iura habent Imperij, omniaq; pertractant in eorum statu, quæ in toto orbe Cæsar obtinet, Io.And. in add.Specul. in titu. de edi instr.§. porro. in addit. hæc subst.in fi.Alex.alia citat in consi. 68.col.4. versic. & per stat.in 2.in consi.primo, col.8.versicu. præterea dicta in quinto.Cur.Iu.in cons.1.num.29.& in d.consi.61.nu.9. Crau.in consi.135 nu.2.in 1.Deci.in consi. 161.in prin. in consi.199.num.3.in 1.

Ex † quibus clarè concluditur Parp. in d.l.placet, nu. 30.à vero iudicio aberrasse, firmantem quòd nisi Imperij iura habeant, etiam quod merum mixtumq; Imperium illis concessum foret, authoritatem onus hoc indicendi de iure non habere. Nam contrarium ex prędictis clarè constat, & quia cum sit iurisdictionis, ac meri mixtiq; Imperij, vt diximus, ijq; huiusmodi nacti sint. cur illa careant, videre nescio. Rursus cum sint perpetuo inuestiti. illa habere censentur, vt tot patres testantur. Quapropter ad hoc forte animaduertens dicitur hodie hanc disceptationem sopitam esse, cum omnes Iura Imperij obtineant, de quorum potestate diffusius. Crau.de antiq.temp.par.4.sectio.prima, num.26.loquitur.

Hij inferiores † sua lege quod extraordinarium est, ordinarium

dinarium faciunt, & econtra. Abb. in d. consi. 20. Bar. in d. l. 1. C. de superind. idem à statuto indici potest, vt ibi.

16 Diximus † ciuitatem, vniuersitatemq́, collectam indicere, intelligas priores earum, qui loco sunt domini, Alexan. in d. l. 1. C. de superind. At si illas sub suo teneatur regimine, non imponunt. Deci. in consil. 199. num. 1. quod verum esse intelligo, si publicam vtilitatem cōcerneret, quia necessitate in communi vrgente & veniente loco illis permittitur illius indictio, vt diximus de iudice supra.

17 Fingamus † collegia, artes, puta cerdonum, & similes priores habere. quæ vniuersitates nuncupantur. Petr. de Ancha. & Imo. in cap. fin. in si. de his quæ fiunt à maio. par. cap. isti pro necessitatibus illius artis imponunt collectam, deficiente bursa, Fely. in c. cum omnes,

18 nu. 16. de constit. Tanto † magis si ex consuetudine authoritatem sibi vendicarunt. Soci. Iu. in consi. 38. num. 8. in 1. & hoc ius est ita illis eradicatum cum sit meri Imperij, quod alij concedi nequit, licet illius commoditas tranferatur. Bal in d. l. etiam, num. 21. vers. item non puto. C. de execu. rei iud.

19 Modo † Occurrit, an in ea indicenda omnes homines de ciuitate aut loco interuenire debeant, iam supra proxime dicebamus, ancianis, & prioribus permissum fore onus indicendi. Guid. Pap. decis. 424. in taleis dicit quod de iure omnes debent accedere, maxime si sint dona quę superiori elargiuntur, subiungit tamen contrariū in sua patria seruari, cum maiorem partem accersisse sufficiat.

20 Hanc † consuetudinem etiam in Italia seruari affirmamus, quia per regentes, ac consiliarios aut maiorem eorum partem indicitur vt in quam pluribus locis statuta ædita sunt, vigetq́; consuetudo, in huiusmodi oneribus indicendis. Quæ seruanda sunt.

21 Maiorem † partem intelligimus si duæ ex tribus consentiunt, tot enim voces ad firmandum actum requirūtur. Abb. & Fely. in c. cum omnes, de consti. hancq́; com-
* munem opinionem * fore testatur ibi Dec. nu. 21. Doct.

in

in vtriusque censuræ. Alex.in consil.68.col.3. versic.nec ad hoc obst. in secundo, Iaf.in consil. 101. col.5. versic. tertio opponitur, in quarto, & in concilij cōgregatione. Dec.in consil.151.num.14.& 18.in 1.in concessione em phytheosis. Accur.in auth.hoc ius.porrectum in verbo maiorem. C.de sacr.san.eccles.Castr.in consil.4.circa primum, num.1.in primo. Iaf.in consil.54.col.2.versic.secundo principaliter, in primo, in transactione. Cur.Iun. in consil.174.col.fin.num.32. in donatione.Alex.in consil.42.col.3.versic.non obstat quod don,in quarto, in ordinatione super aquis & pascuis. Iaf.in consil.71.in tertio, in renunciatione, in consil.140. num.3.versic.item ad hoc in quarto, in peræquatione æstimi. Crau.in consil.195.num.8.in oneribus,& collectis. Bal.in cons.462. punctus quidam, in quarto, in delictis commissis. Ang. in cons.165.cum multitudo,& opinionem communem esse hanc affirmat Iaf.in cons.154. citato.

22 Hanc † conclusionem de iure veram omnes fatētur, nisi actus vniuersitatis cōcorditer expediretur, quia duę partes illum actum ita gestum non firmarent. Alexan.in consil.124.col.1.& 2.in secundo.

23 Et † hoc facta citatione regentium sono campanę vel preconis voce. Alex.in d.consil.68. col.3. versic. nec ad hoc. Et in solito loco, superioris iussu, vt affirmat Iaf.in d.consil.71.col.2.versic.item illud, & col.fi.nisi sit collegium, vel in municipali censura aliud de congregationis æditum sit. Crau.in cons.4.nu.20.21.in cons.134.nu.8. hæc tamen citatio non requiritur si sunt præsentes consiliarij in eo loco, vt in citato cons.4.num.25.

24 Et† si de propositione subsequutaq; deliberatione nō constat, quampiam de congregatione regentium appareat, actus validitate illa non probatur. Cur.Iun.in d.cōsil.174.colum.fi.num.37. & in consil.fi.num.9.nec obligaretur vniuersitas contracta vel delicto. Bald.in consil. 283.visa inquisitione, in primo. Cor.in consi.63. num.4

25 in quarto. Et† licet actus nullam firmitatem consequatur,

tur, Fel. in d. c. cum omnes. num. 41. & Dec. nu. 17. Crau. in consi. citato 134. nu. 5. & 2. pœnam tamen delinquentes non euadent. d. consi. 4. num. 21.

26 Circa † huiusmodi congregationẽ, edita sunt in quam pluribus Italiæ locis statuta, quæ seruanda sunt, actusq́; contra ea nullus est, Alex. in consi. 135. num. 1. in consi. 7. num. 7. in 7. Gozad. in consil. 35. num. 14. & 15. Crau. in d. consil. 4. num. 21.

27 Et † in eiusdem actus reuocatione solemnitas eadem met requiritur, nisi sit actus prius gestus ob necessitatẽ, puta onerum quibus vniuersitas grauari consueuit, quia non reuocatur, immo expeditur non seruata solemnitate illa, & à minori parte, etiam contradicente maiori parte populi ratione vtilitatis publicæ, & imminẽtis necessitatis, pars enim minor præualet, Crau. in citato consil. 195. num. 8. 9. & 10.

28 Se † offert circa prædicta quæstio, quid si superioris iussu citantur regentes, iiq́; sint contumaces, an alij, etiã quod sit pars minor, authoritatem non venientium consequentur, Bar. in l. quod maior. ff. ad munici. dicit quod sic, Abb. & Felyn. hoc idem affirmant in d. c. cum omnes. num. 57. Abb. in c. j. circa fin. de his quæ fiunt à maiori par. cap. Ias. in consil. 101. col. 5. in quarto.

29 At † superiore absente vel infirmo, vel alia de causa legitimo impedito, ad antiquiorem, non ætate, sed anterioris receptionis spectat onus alios conuocandi, si agatur

30 de cõgregatione ecclesiastica. At † in prophanis duæ partes conueniunt, earumq́; iussu alij vocantur, qui si contumaces sint, arguitur illorum contumacia, & per minorem partem actus expeditur, intelligas si necessitas immineat, vel in mora sit periculum, vt latius prosequitur Felyn. ibi. num. 57 58. 59.

31 Et † maiorem partem vocum intelligimus dignitate, & authoritate, licet sit numero minor, nisi aliter constitutione firmetur, puta quod fabæ albæ & nigræ secrete ponantur in vasculo, cũ enim perspici nõ possit quę sint

di-

gniores & quæ non, cessat regula, minusque creditur
lertioni consiliariorum si faterentur se albas nigrasq;
bas dedisse, cum aliter per testes actū ita gestum pro-
ari testetur Alex.in consi.192,in 6.

Limitantur † prædicta quando à censura municipali,
el consuetudine sancitum sit actum concorditer à con
iarijs geri, nam minor pars nequaquam firmat actū,
lex.in consi.224.nume,5.in sexto.Quam limitationem
on veram existimamus, si actus ob imminentē necessi-
tem à minori parte expediatur, quia firmitatem ro-
urque obtinet.Crau.in citato consi.185.nu.10.

Et † in actibus per ancianos aut regentes ciuitatis vel
niuersitatis publice pertractandis ij personaliter inter-
eniunt,nō autem per substitutas personas, puta filios,
el affines,aut alios actum expediunt,nisi in onere decu
ionatus affinitati concesso. Alex. in consi.30. in fi.in 1,
el facultas collegialiter,commissioque formalis subro-
ato tribuatur.Fely.in d.c.cum omnes.nu.49.

Amplia†quod de duabus partibus diximus in actibus
niuersitatis,vt heæ in renouatione actus gesti tempore
ræfinito interuenisse censeatur, puta in conductione
ædici per annum à duabus partibus consilij facta, eo
nito renouatio per tantum tempus ab eis gesta præsu-
nitur,vt inquit Soci.in consi.196.in secundo.

Amplia†etiam in actibus quæ vniuersitati prosunt,&
d illius vtilitatem tendunt,finge quosdam homines te-
utam alicuius proprietatis adeptos, aliosque actus per
uos quæri potest possessio, vniuersitatem fecisse, quic-
uam non quæritur nisi mandato legitimo & speciali
ræcedente.Cor.in consi.63,nu,2. 5. in quarto.in consi.
99.nu.7.& in consi.148.nu.35.in 1.

Diximus † consiliarios citandos esse, Num absentes
xtraque territorium degentes pro expedientis acti-
us vniuersitatis sunt citandi, glo. in c.præsentium . in
erbo, ipsorum. de testi. in 6.dicit quod,tribus casibus
xceptis,nō fit citatio, illam singularem testatus est Ias

in

in consi 54.col. 1.in 1 Et idem fore in similibus vel maioribus expressis affirmat,exinde distinguit,aut absentes sunt regentes voluntarie,& tunc verum dicat glo citata, aut ex causa iusta & legitima,& tractatur de arduis casibus,& qui sint,illos enumerat, col. 3.vers.nec ad hoc citat,& tunc sunt vocandi.

37 Hanc† opinionem vti non veram improbamus authoritate Castr. in consi. 4.circa primum dubium , nu. 1.in primo,affirmantis opinionē citatę glo. indistinctę procedere , vt in casibus expressis fiat citatio , & non alijs,
* Quam opi.attestatur communem.*Fely.in d. c.cum omnes,nu 38.& Deci.nu.15.& licet Fely. nitatur opiniones concordare de mente Abb.sufficit nobis istā opinionem communiter recipi,à qua nefas esset recedere . c.ne innitaris.de constitut. & quomodo sit citāda vniuersitas , & de citationis forma traditur ab Ang.in consi. 196. nam sunt,col.pen.

38 Postremo † quia supra tractauimus de authoritate, quam sibi vendicant ij qui collectam indicere se prætendunt,dicamus nunc quo ordine quaque via se regant in
39 illius impositione.Ante† omnia codicem æstimi vbi bona sunt perscripta pre oculis habere debent , & iuxta illorum æstimationem descriptam collectā indicere. Bart. in l.fi.C.de pred.& om.reb.naui.lib. 11. Bal, in auth.defuncto.nu.12.C.ad Tertul.gl.& doct in l.sancimus,la 1. C.de aduoc. diuers. iud.in l.1. C.de apo. publ. lib.x.Rui.
40 in cons.116.nu.5.& 21.in quarto. Potest † etiam collecta indici super bonis non æstimatis,dummodo sint æstimabilia,vt inquit Bal.in d.l.etiam,col. pen. versic.modo viden.nu.28.C.de execu.rei iud.Bart.in l,1. num. 28.C. de mul & in quo loc. versi. item quæro pro imponenda,
41 Cor in consi.217 nu.2.in secundo.Vt in † locis in quibus nō sit æstimum, quia facultates per deputatos circū spiciuntur diligenter,scilicet mobilia bona, immobilia, pecunia,animalia,aliaq;, indiciturq; collecta iuxta æstimationē de dictis bonis per officiales factam. Bal.in l 1,

§.quod

§.quod si nemo.ff.quod cuiusque vniuer. nomi. Ami.in consi.8.nu.3.& ex prædictis absoluimus personas authoritatem indicendi collectam de iure habentes, videamus quibus personis indici valeat.

42 Et† vera est cõclusio, quod subditis tantum & incolis indicitur, qui ratione domicilij, vel originis subijciuntur, ita cum sit iurisdictionis,ac per es & librã indicatur, & obliget personam propter rem, ideo subiectionem requirit.l.rescripto.§.fi.vbi Bar.ff.de mun.& hon.Cur.Iun. in consi.61.nu.2.Alex.in consi.78.nu.9. & nu. 11.in 6.& in consi.111.nu.10.in 7. Crau.in consi. sæpe citato 195. in princ.& de hoc non est hæsitandum.

43 Ex† qua conclusione forenses pro bonis in loco oneris indicendi possessis de iure cõi nõ posse grauari onere collectæ affirmamus,vt attestantur Bar. in l.1.C.de mul. & in quo loco.& in l.munerũ.§. patrimoniorum.in fi.ff. de mun.& hono.in l.cum neq;.C.de incol.lib.x. in l.forma.§.fi.ff.de censi.in l.libertus. §.sola.ff.ad muni.Bald.in d.l.placet.col.3.nume.28.versi.de collectis. Dec.in consi. 285.nu 4.in secundo.in consi.358.nume. 2. eo.in consi. 594.nume.10.in quarto, Corn. in consi.217.nume.8.in secundo,in consi.194.nume.2.in quarto.Et hoc indubitatum esse attestatur Aret. in consil. 133. in causa quæ vertitur.col.1.in collecta.quę per æs & libram indicitur, & non præstatur vniformiter, non tamen euadunt forenses quando collectuntur in proprio territorio pro bonis alibi sitis, vt tradunt Doctor. in locis supra citatis,& Corn.consi.22.nu.3.in primo.Guido. Pap.cõsi.61. rationibus.col.6.nu.9.

44 Amplia†primo vt procedat in Taxa quæ vniformiter imponitur,& personis pro rebus indicitur, vt heæ singulo anno quid certum soluant, nam non astringit forenses, idemq; foret in quocunque alio onere quod personæ pro rebus indiceretur, quia subditos ligat,non forenses.Aret.in citato consi.133.col.2.versi.restat videre.

45 Secundo†ampliatur in eo qui domicilium habitatio-

nemq; constituit in loco collectę.ibiq; per annos decem permansit, bonaq; acquisiuit non animo in eo loco habitandi, qui ex coniecturis potest deprehendi, nam pro bonis quæsitis cogi non potest ad subeundum onera collectarum. Abba. in consilio 100. videtur primo, in secundo.

46 Tertio †amplia etiam si onus hoc pro refectione murorum, vel de nouo construendorum, aut custodia ciuitatis indicatur, arg. Tex. l. 2. C. de oper. pub. ad hæc enim ciues & incolæ astringuntur, vt inquit tex. ergo à sensu contrario eximuntur forenses, vt illũ tex. declarat. Cor. in consi. 72. num. 14. in quarto, quid enim prodest illi si ciuitas aut castrum muniatur, cum duntaxat ibi possideat prædia, vt inquit ipse, & hac ratione attenta non videtur posse grauari etiam ad refectionem pontium & viarum, quod an de iure verum sit, statim dicemus.

47 Limitatur † hæc conclusio à Doct. nostris in onere collectæ quæ secundũ æstimum indicitur per æs & libram, quia cum forensis reperiatur æstimatus, grauatur, quia æstimum duntaxat attenditur, authore Ang. in l. fi. C. sine cens. vel reliq. Cur. Iu. consi. 42. nu. 4. Et causa finalis est ipsius æstimum Deci. in consi. 285. num. 5. in secundo, qui plura citat, & dixit Bal. in l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque vniu. nom. versi. super tertio, col. 3. quod ęstimum habẽtes grauantur successiuè subditi, siue non, qui vero non habent non coguntur nisi subditi reperiantur, alia citat Cur. Iu. in citato consi. 42. quæ possunt videri, & supra diximus in 1. lim. tertiæ quæstionis, nu. 38.

48 Ex quibus † succedit decisio, quod indistinctè cogi valeat forẽsis, cum hodie per totã Italiã collectæ iuxta æstimum per ęs & libram indicantur, regulam intelligemus de illo, qui non est æstimatus, nec eius bona in codice æstimi descripta sunt.

49 Ex † qua limitatione infertur forensem ad omnes collectas oneraque indicta, quacunque de causa cogendum esse si æstimatus comperiatur. Et cum hodie vbiq;

locorum

locorum præſcribatur,& eius bona in libro æſtimi colle
ctæque per æs & libram indicātur, cenſetur ſe obligaſſe
ad illarum ſolutionem,ſecundum Bar.in d.l.placet. col.
quarta, verſiculo de collectis.C. de ſacr. ſan.eccleſ. in re
peti. vnde ſemper aſtringetur ad illorum ſolutionem
per prædicta,ideo ſuperuacuum eſt diſceptare, an ad in-
dictas pro muris ædificandis ac reparandis, pontibusq́;
& vijs reficiendis, cuſtodiaq́; caſtri & terræ valeat cogi,
quia vltra quod his ceſſantibus videatur poſſe compelli,
cum fructus vt plurimū in caſtri reponat, & ſi illos ab-
ducit per pontes itineraque conducit, ideo conſequens
eſt vt ab oneribus hac de cauſa indictis non eximatur,
vt hæc,& alia conſiderantur à Cor.in d.conſi.72.tamen
attento æſtimo,de quo ſupra res eſt ſopita.

Rurſus ad ea onera compelli poteſt, quibus Eccleſia,
Alex.in d.conſ.68.col.5.verſi.præterea.in ſecundo.At Ec
cleſia de iure cōmuni pro citatis ſoluit onera, vt inquit
Cor. in conſi. citato. ergo & forenſis, hæc ad cautelam
traduntur,cum res clara pateat ex verbis limitationis ci
tatæ. Adeo quod vltra non ſit quærendum de alijs limi-
tationibus ad regulam verā quia à patribus noſtris ali-
ter traduntur limitationes, eas recenſeamus in cap.ſeq.



DE COLLECTIS.

SVMMARIVM.

1 Res ad quemcunque non vadit cum suo onere pertransit.
2 Opi. quod statutum forensem cogit ad collectam praeualere censemus.
3 Quod pertransientes per portam ciuitatis tot soluant, à statuto disponi potest.
4 Onera supportare debet qui percipit fructus ex re aliqua.
5 Statutum sibi non subiectum non afficit.
6 Quod forenses ad onera non compellantur.
7 Si in rem statutũ disponat id valere non negamus. & nu. 8.
9 Ex cultura praediorum à forensibus facta quasi contractus inducuntur cum communi.
10 Forense non soluente onera, illius bona occupantur ac distringuntur.
11 Praedia descripta in aestimo pro collectis de iure communi sunt obnoxia.
12 Obligationem legis fortiorem esse putamus quam homini.
13 Forensis alijs omnibus cessantibus de iure communi cogetur ad collectas, ratione hypothecae bonorum, quia ea distringentur.
14 Tanto magis statuto dictante omnia bona fore pro collectis abnoxia.
15 Vi cuius statutis onus patrimoniale collectam esse cẽsemus.
16 An subditus ad collectas in loco domicilij pro bonis aliunde possessis astringi valeat. Et num. 19. 20. 21. 22.
17 Forensem ad collectas teneri si aestimo consensit omnes concedunt; idem si de registratione constet, iudicamus.
18 Ex quib. de illius cõsẽsu in registratione apparere dicatur.
20 Ciues originarij Temporis diuisionem non patiuntur.
21 Duplici onere quispiam grauari non potest.
23 Quis incola nuncupetur.

Con-

Consuetudine Totius Italiæ forensis ad collectas cogitur.
Ad consuetudinem indicendam decennium sufficere maior pars Docto. videtur approbare. Et num. 26. & 27.
5 *Præscriptio cuius initij &c. vim priuilegij obtinet.*
7 *Decennium consuetudinem inducit, quæ illius vim habere dicitur non præscriptionis, contra Aret.*
8 *Nec tempus centum annorum requiritur ad illam inducendam, contra Deci.*
29 *Consuetudinem per teste probari affirmamus, & quid deponere ac testificari debent, vt eorum dicta concludant.*
30 *Notorium non probari sed allegari sufficere testantur Doctores.*
31 *An iudex de illa se formare valeat.*
32 *Vt consuetudo vires habeat non requiritur quod per trinũ actum sit in contradictorio abtenta.*
33 *Doctori de consuetudine affirmanti crednedum est quo ad præsumptionem, non plenam probationem, ita communiter recipi attestantur Docto. nostri vsque ad num. 41.*
35 *Doctorum authoritas est. ll. interpretãdi non super his quæ facti sunt attestari.*
36 *An voci mortuæ sine iuramento credatur, cum viuæ fides danda non sit.*
37 *An Doctori de consuetudine firmanti credendum esset vel non, patres nostri inter se dissensere, ac sibi ipsis varij, & contrarij fuerunt.*
41 *Dictum Doctoris secundum legem quam citat, vel alterius doctrinam intelligendum est.*
42 *Consuetudinem collectandi forenses ad ea tantum onera pro quibus est indicta extendimus, non ad ea quæ ex pest, necessitate imminente, fuerunt indicta.*
43 *Consuetudinem per alia contrariam tolli firmant maiores nostri.*
44 *Si contractum transiuit, opi. illam non esse veram affirmamus.*
45 *Ad derogandum consuetudini tantum Tempus sufficere quantum ad illam inducendam nostrates asserunt.*

An & quando forensibus indicentur collectæ. Cap. III.

1 SECVNDAM † limit. citant maiores nostri, vt forensis cogi valeat ad solutionem collectarum pro bonis iam descriptis in æstimo, & in eum trãslatis, quia cum suo onere suaq; causa transeunt. Cur. Iun. in citato consi. 42. numero primo, & quinto. Ias. in consi. 83. in tertio qui multa congerit, eaque recensere non expedit.

2 Tertia † traditur limita. si statuto sancitum est quod forensis ad collectas cogi valeret, de cuius validitate non est hæsitan. cum circa bona sibi subiecta disponat, licet in forenses verba dirigat. teste Bald. in l. 1. columna septima, num. 44. C. de senten. quę pro eo quod interest. in l. fi. C. fine cens. vel reliq. columna secunda, numero tertio. Alex. qui plura citat in consi. 148. in princ. in sexto, in consi. 52. columna secunda, versi. ad præd. in 5. in consi. 98. columna tertia, versic. sed per statutum, in 2.

3 Hac † ratione vrgenti, quod sicut statuere potest quod quicunq; per ciuitatis portam pertransiens tot soluat.

4 Ita † collectam indicere illis, qui colunt prædia in eo loco, cum æquum sit, vt incommoda patiantur sicut commodis gaudent fructus percipiendo prædiorum, quam rationem citauit Bal. in d. l. 1. Alexan. in cons. 101. columna tertia. versi. & etiam, in 1. hanc opinionem affirmat, & Castren. in consi. 329. columna penultima, nu. 7. versic. post prædicta, in 1. Cur. Iun. in consi. 60 nu. 2. & 8. consi. 61. num. 5. & 8. in consi. 68. nu. 4. 5. Ami. in cons. 8. num. 6. Dec in cons. 694. nu. 6 in 4. Ias. in citato cons. 83. col. fi. in fi. in tertio, & hanc opinionem ab omnibus recipi testatus est Cur. Iun. in locis citatis.

5 Contrariam † partem, statutum huiusmodi nõ valere videtur firmasse Aretin. in consi. citato 133. illa ratione

quod

quod sibi nō subditum ligare nequit, per quam hunc vtī veram opinionem testantur Cyn. Imol. Bar. & Bald. citati per Corn. qui eandem firmauit in consi. 194. nu. 3. in quarto. Licet † in præiudicium statuen. ij. sancire valeant vt forenses ad onera non compellantur, pro bonis sibi non subditis, quia non est in illos statuere, sed in suos officiales, ne ab illis quicquam exigatur, vt inquit in consi. 22. num. 6. in primo.

In † hac opinione, veram Bal. conclusionem à tot patribus citatam esse putarem, per rationem Bald. nam licet statutum verba in forensem dirigeret, causa tamen finalis est res ipsa, quæ principaliter astringitur, non per-
8 sona. Nam † cum ij forēses colāt prędia, seminent, arent, & metant, videntur in eo loco cum illo communi quasi contrahere. Quos incognitos cōtractus statutum de nouo potest inducere, & quia ex eis fructus percipiunt consequens est, vt ad onera cogi valeant, vt testantur Curt.
* Iun. Deci. & sequaces. quæ opin. communis* est, à qua nephas esset recedere.

9 Non † obst. ratio Aret. & Corn. Quia non statuit extra territorium censura hæc municipalis inspecta causa finali. i. ipsa re quæ est intra territorium, & quam astringit & obligat statutum principaliter, quod facere permittitur, est enim in rebus sancire, circa quas valet statutum, vt inquit Innocen. in c. postulasti. versic. sed sic forte, de for. competen. in ijs enim habet iurisdictionem.
10 Forense † non soluente, bona per occupationem distringuntur ab exactore fisci secundum Inno. in loco citato.
11 versic. sed si possessio. is † enim bona hypothecata habet pro oneribus in collectis indicendis à iure. l. Imperatores. ff. de publ. l. muri leguli. C. de muri leg. lib. 11. testatur Bar. in l. moschis. ff. de iu. fisci. Bald. in l. 1. in prin. C. si propter pub. pens. in l. 1. §. quod si nemo, col. 2. versicu. super secundo puncto. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Castr. in l. si negocium, num. 3. C. de nego. gest. in l. apud Iulianum. §. hæres, ff. de leg. 1. Socin. in consi. 243. col. 2.

uersi.præterea, in secundo. Curt.Iun.in consi.185.nu.3. Dec.in consi.285.nu.5.in secundo.sensit hoc Bal.in consil.434.num.2.in tertio, citando d.l. Imperatores. Quæ
12 †obligatio cum sit legis fortior est quã hominis, Crau. in consi.111.num. 24.in primo.
13 Ex † hac conclusione inferri potest, forensem semper cogendum fore ad collectas pro bonis alibi sitis, circumscripta etiam municipali censura, quia vigore hypothecæ eo non soluente à fisco bona sibi subiecta occupabũtur ac distringentur, & sola hac ratione omnibus alijs circumscriptis cessant omnia, quæ pro negatiua parte à
14 Doc.citantur. Tanto †magis hanc veram esse putamus, si statuto sancitum sit omnia bona cuiusq; pro collectis oneribusq; subeundis fore obnoxia, quia cõtra bona statuentes disponunt, non personam forensis tangunt. Et
15 †collecta isto casu onus patrimoniale quod possessorib. indicitur nuncupatur, Bar.in l.libertus.§.sola.ff.ad munic.in l.neque. C.de incol.in l.1. col.4. versic.item fallit. C.de mulie.& in quo loco.lib.10.à quo nemo excusatur. l.fi.§.patrimoniorum.ff.de mun.& hono. vbi Bar.expressè firmat.& Bal.in d.l.fi.nu.3. C.sin.cen. vel reliq.Innoc. in d.c.postulasti.Bald.in consi.434.licet,nu.2.in 3.Guid. Pap.in consi.62.principalia,col.3.ver.dicit etiam Barto. Curt.Iu.in consi.61.num.8.
16 Occurrit †circa prædicta quæstio, si forensis municipali censura cogi potest ad collectas, vt diximus, num possit subditus cogi ad earum solutionem in loco domicilij pro bonis alibi sitis. Accur.in l.vnica,in versi. possidere.C.de mul.& in quo loc. quem approbat Bart. col.4. versi. item quæro. firmauit communi iure non fore cogendum, at vi censuræ illius compelli potuerit, vt decidit Saly.in l.cunctos populos. C.de sum. Trin.& fid.cat. cum in personam sibi subiectã disponat, quam vinculo illius oneris afficere potuit. Alex.in consi.128.colum.4. versi.secundo respondeo. in 1.Cor.in consi. 202.num.5. in secundo.aliter secus esset statuto hoc non dictante,&

dicetur infra in quarta par.quæstione 21. nume.69.

17 Quarto† limi.est in forense qui æstimationi bonorum consensit.Bal.in d.l.placet,col 3.nu.20. & in consi. 434. licet, in tertio . ibi enim si collectas soluturum profiteri censetur. Corn.in consi.217. nu 8.in secundo, in citato consi.194.in fi.idem fore in necessaria registratione affirmamus, vt tradit Cur.Iu.in citato consil.42. & in consi. 68.Deci.in d.consi.285.nu.5. Et alij testantur, quos citat Cor.in d.consilijs.

18 Verum tamen † licet veram hanc opin existimemus, magis tamen, & planior procedere videtur constito de illius assensu,quod satis videtur demõstratum ex solutione collectarum vel spontanea eius assertione. Rub. Alex. in cõsi.9.nu.10.Eo modo apparẽte proclamate super bonorum registratione , quia si cõperiãtur illius bona perscripta,de illius consensu præsumuntur, timore proclamatis,cum nemo delinquere præsumatur, incidendo in pœnam illius,vt supra diximus in 1 par.nu.46.

19 Quæ† supra diximus in quæstione 9.rem breuiter expediuimus, & quia quæstionem illam latius explicare decreui,quærendum est, an quis pro bonis alibi possessis puta in loco originis,si alibi cõstituat domicilium, ibiq; incola efficiatur,æstimo statutoq; circumscriptis, subire cõpellatur ibi collectas , vel in loco propriæ originis derelicto in quo bona possidet. Accur. Iac. Aren.& Bart.in l.assumptio.§.filius. ff. ad munic.attestantur in loco originis propriæ vel paternæ , illas subire compelli . Quia

20 † originarij ciues temporis diuisionem non accipiunt, semper enim ciues fuerit, illisque semper onus collectæ indicitur.tex.vbi Andr.de Baru. & Bar. annotat in l.fin. C. de muni.origi. lib. 10.& firmat Bald. in consil. 47. ad euidentiam,nume. 7. in tertio,hanc opinio. videtur firmasse Ami in consi.22.nume.8. & ita à Guiliel. de Cun. * Bart.Ange.communiter * recipi attestatur in l. vnica.C. de muli. & in quo loc. lib. 10. sentit Comen. in consil. 78. oriundus . in distinctione Dyn. hanc authoritatem

Bald.

Bald.firmamus in d.l.1.§.quod si nemo,col.3.vers.super tertio.ff.quod cuiusque vniuer.nom.de recedente à loco in quo bona possidet, quia si iam collecta erat contracta ibi cogitur ad illius solutionem. At cum de iure communi bona sint obnoxia, pro ea contracta dicitur, ergo in loco originis compellatur.

21 Contrarium † sentit Accur.in d.l.vnica, & Guiliel.in l. neminem.C.de sacr.san.Eccles.vbi glo.& Bart.vt in loco incolatus compelli valeat ad onera, si in loco originis illa non subit, ne duplici onere grauetur, quando incola effectus est loci prædominantis loco originis propriæ & bonorum per quam rationem concludit Alex. in consi. 78.nume.10.11. in 6.Soci.in consil. 302. colum. secunda, versicu. firmant.in secundo. Et Soc.Iu. in consil.38, nume.15.16.in 1.

22 Quapropter † Rom.in consil.161. Visis, dixit quod si locus originis & incolatus sub eodem sunt Domino, in loco incolatus compellitur & non alibi, quod videtur sentire in consi.275 Quo ad primum,num. 5.vbi loquitur de territorijs vnitis cum vnū accesserit ad aliud, expressius Ami.in consi.22 nu.9.quādo dominus superior vniformem habet in vtroq; loco iurisdictionē, & in indiuiduo decedit Soc.in cons.129.præstantissimi,in 1.per quinque rationes quas non recenseo, ad obiectaq; respōdet, ea loqui in locis iurisdictionis diuersæ, alias si sub

23 eod.domino, vera est secunda opinio. † Incolam illā dici putamus qui in aliquam regionem domicilium suum contulit animo permanendi, quem græci παρίκου appellant, vt inquit Alciat.in parerg. lib. secundo, & in l.pupillus § incola.ff. de verbo.signifi.

24 Quinta † à Doc. citatur limitatio, omnibus circumscriptis, vt de consuetudine totius Italiæ cogi valeat pro bonis alibi possessis. Barto.in d.l. vnica, in l. 1. C. de aur. coron.in l.cum neq;.C.de incol.lib 10. Bal.in l. fi.C.sine cens.vel reliq.col.secunda,nu.3.in l.etiam, nu.27.versic. sed tu dices. C.de execu. rei iud. Alex.in cons.101.col.3.

versi.

versi.& videtur, vol.1.in consi.68.col.4. versic.his consonat.in secundo, in consi.52.in quinto, in consi.78.num. 5.6.ij.in 6.Cur.Iun.in consi.60.col.1.in cōs.61. nu.5.Ias. in cons.83.colum.1.in tertio. Ami.in consi.8.nu.4.14. Rub. Alexan. in consil. 9. num.10. Cor. in consil. 333. num.32.in primo, in consil.22. colum. 1.in consil.199. num.8.in primo. Et licet in consil.22.consulere contrarium videatur vbi per conuentionem illi consuetudini fuit derogatum, num.6.quicquid dicat in cons 83.nu.9. 10.13.24.in quarto. At ibi de consuetudine non probatur, alias contra opin.communem diceret. quam attestatus est Cur.Iun.in d.consil.61.num.5. Dec.in cons.285. num.1.2.in cons.358.num.2. in secundo, in consil.694. col.1.in quarto, Cassan.in consi.64.num.7.Crau.in consil.111.num.10.in 1. Soc.Iun.in consil.49. num.22.26. in primo, qui congerit quamplura quæ non recenseo, Guid.Pap.Decis.87.si villa, col.2.num.6. ex quibus clarè apparet ab omnibus hanc opinionem vti communem * esse receptam.

25 Occurrit † circa hoc Duodecimo quot tēpus ad consuetudinem hanc introducendam requiratur. tex.in l.2. C.quæ sit long.consue.videtur velle quod tempus annorum 10.sufficiat.Cy.ibi alijq; notant, & Bart.firmat in l.1.C.de aur.coro.lib.10.in l.de quibus, col.6.num.8.ff. de legi. & ibi Bald. col.10. in vers.quantum tempus, & Cast.num.13.videtur eam ibi approbare.Fel.in c.statuimus, de maio.& obe.Alex.in cons.122.col.2. vers.& subdit in quarto, citando Bar.in d.l.1.C.de aur.coro.expresse not.in cons.5.col.3.vers.& ad hæc.in quinto, vbi dicit hoc magis communiter* teneri à iuristis, & in cons.123. in prin.in 5.in consil.217.num.4. in septimo, illamque communiter ab omnibus recipi testatur Cur.Iun. in cōsil.42.num.7.in cons.60.num.3.in consil.61.num.6.Ias. in d.l.de quibus, col.10.num.33. Ami.in cons.111.nu.1. Abb.& Canonist.in c.ñ.de consue. Rub.Alexandri.in cōsil.9.num.12.Gozad.in cons.23.nu.8.in cons.101.num.

22.Ami.

21.Ami.in conſ.8.num.8.10.23. Cor.in conſ.268.num. 15.in quarto. Et hoc verum eſt etiam quo ad eccleſiam, nec differt ſi cauſam diſcontinuam aut continuam habeat,ſitq; contra ius,cum per illam ius vniuerſis quæratur,vt latius dicunt citati patres.

26 Opinionem contrariam †ſenſiſſe videtur Bar.in l.vnica.C.de mul.& in quo loc.lib.10. verſ.item fallit,expreſſius in l.cum neque.C.de incol.eo.lib.Alex.in citato cõſil.52.in quinto,in conſ.78.in fi.in ſexto.Are.in cõſ.133. col.4. verſic. iſta conſuetudo tot tempus requirit cuius initij memoria &c. quia præſcriptionis naturam potius aſſumit quam conſuetudinis, cum præſcriptionem non conſuetudinem hanc appellamus, & approbat Dec. in conſ.185.num.6. & ſentire videtur Soc.Iun. in conſ.49. num.23. in primo.

27 Opin.primam † vti veriorem & communem affirmo non obſtantibus obiectis de Bart. in d.l.j. in d.l.cum neque,quia non negat minus tempus non ſufficere, exprimendo enim ciuitates, quæ ex conſuetudine collectant forenſes,quæ vim obtinet priuilegij,non excludit tẽpus annorum 10. vt inquit Alex.in d.conſ.68.col.6.verſic.& per ſtatutũ,& ſi aliter ſentiret eſſet ſibi cõtrarius & maledicèret,ea ratione reſpondeo ad citata per Alex.in d.cõſil. 52. illamq; accommodabimus ad dicta per Soc. Iun. in d.conſ.49. Quinimo ipſemet,infra num.26. dicit hoc expreſſe.Non obſtant citata per Alex.in d.conſ.78. Quia titubat & veriorem eius opin.puto,quam firmauit in d. conſ.68.rationibus per illum citatis, quæ verior,& communis eſt, vt diximus.

28 Non †obſtant quæ dixit Aret.in d.conſ.133.Quia ſalua pace,is non videtur rectè ſentire, cum hanc non perſcriptionem, ſed cõſuetudinem Cur.Iun.Iaſ.& alij citati eſſe affirment, per quam ius vniuerſis de populo quæritur non habita ratione quod cauſam continuam aut diſcõtinuam habeat, ſicq; contra ius,in illaq; tempus de-

29 cennij & nõ maius requiritur & ſufficit.Minuſq; †obſtant

ant obiecta Deci.in d.consil.285. quia citata per ipsum ontra hanc opi.nihil faciunt,nã Bar.quem citat decennium non excludit. Alexan. in d. consil. 52. & licet pro ius opinione citet eundem in d.consi.68 fallitur,vt cen co, cum opinionem quã supra approbauimus expresse irmet in versi.nec obst.quod videatur spatium tanti tẽoris cuius initij memoria non existit non requiri,cum oc ius collectandi non sit de reseruatis Principe, idcirco inferior potest sancire vt forenses ad onera compellantur pro bonis alibi possessis.

Insurgit†circa prædicta Decimatertia quæstio, quomodo hęc cõsuetudo probetur,per testes & per assertionem Doct.asserunt maiores nostri probari, circa primũ remissiuè loquar.Dico igitur attendendum per quæ verba deponant testes,vt concludãt eorum dicta,vt vltra ea quæ ex citatis suprà colliguntur, traditur in d.l.de quibus per omnes,& Alex.in consi. 136. col.4.in 1.in consi. 45.in consi.195.in consi.131.in secundo, in consi.104. col.2.in tertio,in consi.212.nu.23. in sexto,in consi.67. in septimo,Cur.Iu.in consi.184.num. 10. Deci.in consi. 134.col.2.in 1.in consi.215.nu.2.in consi.275.nu.10.in consi.402.nu.15.in secundo,in consi.483.nu.24.in cõsi. 538.nu.8.in consi 559.nu.7.in consi. 586.nu.2.in consi. 540.nu.12.in tertio,Ias.in consi.46.num. 3.in 1.Ami.in consi.2.nume.61.in consil 151.nume.7. Crau. in consil. 134.nume.6.& quid si est vniuersalis & notoria an probetur,vel citatio sufficiat.Alexan.in consi 67.nume.2.in septimo.Deci.in consi.447.num.12.in consi. 449 nume. 25.in tertio.Cur.seni.in consi. 74. nu. 61.74 Cur.Iu.in consi.60.nume.5.in consi 61.num.7.Crau. in cons 137. nu.5.An Iudex†in casu isto se informare valeat, & quo modo,& supplere.Alex.in consi.14. in quinto. Cur.Iu.in d.consil. 60.nume.5.in consil.61. nume 7.in consi.171. num.1.Cor.in d.consil. 268.nu.14.Soci.Iu.in consi.65. num.49.in 1.& nu.40.in consi.67.nume 2.eo lib.Deci. in d.consi.285.num.6.in d.consi.402.nu. 10. in consi.2.

nu.9.

num.9.in j.in d.consil.483. in fi.in d.consi.559.num.9. in consi.516.num.18 in consi.665. num.27.28.in quarto,& an sit pars citanda, Doct.in locis citatis exprimũt.
32 & concludunt † quod non requiritur quando in contradictorio iudicio per trinum actum obtẽta sit. Ias.in d.consil.46. num. 2. Ami. in consil.43. num.2. Crau.in
* consi.55.num.6. qui hanc opinionem communem * fore testatus est.
33 Quo † ad secundam varie sentiunt Doct.nostri,affirmatiuam opinionem dixit Bar.in d.l.de quibus, col.10. num 5.versic.quarto principaliter quæritur.Orian.in c. quoniam contra falsam.in verbo responsiones,num.17. de probatio. Comen.in consil 57. monasterium,in fi.& in consil.159.viso testamento col.1. & de Bald.illam firmante testatur Castr.in consil.164. in præsenti causa, in prin.in secundo.Soc.in consil.252. col.7.versic.quarto, ea conclusio, & Ang. idem voluisse affirmat ipsemet in consi.285.colum.2.in secundo, & in cons.67.colum.j.in j.Guid.Pap.in consil.12.ex facti,colum fin.& quæstione 139.secundum,& Cępol.in consi.39.Lucius ciuis,num. 19 in consil.58. Paulus Faber.col.3. num.3. Ias.in consil.16.in fi.in tertio. Cur.Iun.in d.cons.60.num.5. consil.61.num.7. Gozad.in cons.59.num.18. Cassa.in consil.64.num.8. Dec.in cons.420.in fi.in cons.518.num.3. in consil.540.num.9.in consi.559.in tertio,in cons.691. num.12.in consil.694.num.4.in quarto, attestans hanc
* esse opi.communem * & in l.2.§.mutui datio, num.12. 13.ff.si cer.pet. dicit opinionem Bar. communiter recipi.Crau.in consil.66. num.9.in j. Soc.Iun. in consil.60. num.10. in secundo.
34 Pro † negatiua opin. citatur Bal.in l.consentaneum, col.pen. num 35. vers.& secundum hoc notatur.C.quo. & quando iud. in l.si is qui.§.antiphona.ff.de pigno. citans gl.in l.fin.col.4. versic.item,Ioan.& Vgo.C.de fideicommis.Imol.in l.1.§.nunciatio.ff.de oper.nou.nun. vbi habetur non esse vni soli credẽdum nisi omnes asserant.

At

& si omnes assererent non crederetur, vt tradit Alex. l.post dotem.ff.sol.matr.col.pen.num.29.Cum †iure ...itum nõ comperiatur mortuæ voci Doct. esse creden...m, quorum authoritas est ll.interpretandi,non super ... quæ sunt facti attestari, per quod dictũ dubium tra...ur opinio Dec.in c.ex parte, el primo de rescrip.licet ...m firmauerit in cons.142.nu.5. & in cons.165.nu.3. ...j.& in cons.285.in fi.in secundo,& in cons.472.num. ...in tertio,quia cum facti sit probanda est,Soc.in cons. ...colum.pen. vers. vnde potius, in tertio. Alex.in con...50.col.2 versic.& licet,in quinto.Forte†omnibus hoc ...erentibus præsumptio resultaret, vt inquit Aret. in ...ns. 133. col.3. versic. tamen alias voci mortuæ minus ...editur quam viuæ si absq; iuramento deponeret. Cur. ...n.in cons.79.col.fin.num.18. versic non obstat. Corn. ...cons.83.num 14.in quarto, nec quo ad præsumptio...m, vt per plura quæ congerit Ias.in d.l.de quibus.col. ...ul. num.79. firmasse videtur Marsil.in pract.crim §. ...nstante,Gozad.in cons.35.num.2. Consideret † quis...m recti iudicij in hoc immẽso pelago quomodo Do...res nostri varij & sibi contrarij ac dissentientes inter ...auigauerint.

Opinionem † Bar. rectè intelligendam vti cõmunem veriorem semper putaui,non obstant obiecta Alexan. ...equacium, quia illa faciliter remouet Dec.in d.cons. ...9.& in d.§.mutui datio, ac Soc.Iun.in cons.60.num. ...in secundo,& comprobat conclusionem hanc pluri...s authoritatibus, ac rationibus quas referre non ex...lit.Rursus qui opin.Bar.sequuntur plures sunt si cui...m dinumerare libet.

At si † rectè illam intelligamus inficiari nemo potest ...n Bar.verum dicat,credo enim(inquit ipse) quod suf...at nisi probetur contrarium, nil aliud ex istis verbis ...erre voluisse Bart. existimo nisi præsumptionis pro...ionem & non plenam, quæ operatur vt contrarium diuersam partem onus probandi tantum transferat,

vt

vt ſupra diximus in 1.par.nu.58 & citatur glo. in c.nuper.de teſti.Deci.in d.l.2. §. mutui datio.ita Bart. intelli-
40 gunt Docto.pro hac parte citati. Quo vero† ad plenam probationem vt non credatur ſecunda opi. vera ſit. licet hæc concordia ſine ſcrupulo non tranſeat, quia Docto.citati pro opinione Bar. quod Doctori de conſuetudine aſſerenti credatur, intelligunt quo ad plenã proba-
41 tionem cum ſimpliciter loquantur. Niſi dicamus † eos ita velle ſicuti exprimit Bar. quia ipſum citando illos ita intelligere voluiſſe exiſtimo, cum illorum dicta, iuxta doctrinam Bar. quam citant intelliguntur. vulg. Doctrina Bart.in l. non ſolum. §. liberationis verba. ff.de lib. lega. & licet, Alex.Imo.Aret.& Iaſ. contrarium in hoc videantur firmare, tamen cum alij plures ſint numero, & vrgẽtiora citent fund. illorum opinio præualere debet, eo maximè com obiecta elidantur per Dec. & Soc. Iu.in locis ſupra citatis.

42 Ampliamus† ad onus collectæ indictum cauſa ſuperuenientis neceſſitatis poſt conſuetudinem introductam communitati. Alex.in d.conſ.68.col.6.verſi. non obſtat, in ſecundo, quod tamen non extendimus niſi ad ea onera pro quibus introducta eſt conſuetudo collectandi forenſes, quia ſi ex poſt alia immineant ad illa non trahitur vt collectari valeant. Cor.in conſi.142.in 1.

43 Huic † conſuetudini per aliam contrariam derogari dicunt Doct.noſtri. Alex.in d.conſi.78. nu.6.in d.conſi. 148.nu.6.in ſexto, Crau.in d.conſi.111. nu.15. 16.Cor. in d.conſi.83.nu.14.in quarto, etiam partium conuentione. Cor.in d.conſi.22. nu. 6. in 1. & ad illius derogationem tot tempus requiritur quot ad illam inducendam iure cautum reperitur, Alex. in conſil. 36. in fi.in ſecundo, in conſi.5, col.4.verſi. ſicut in quinto.

44 Limitatur† in conſuetudine quæ in quaſi cõtractum tranſiuit, quatenus alia contraria illi non derogaret, vt affirmãt Doc. vim enim quaſi contractus habere dicitur ſi ſingulo anno centum vniformiter prçſtentur per lon-

gum

ım tempus, vel in fauorem quorundã hominum ciui-
ıtis vel caſtri foret introducta.Cor.in conſ.266.nu.18.
ı quarto, vbi idem eſſet ſi tranſiret in priuilegium, non
ıbdito, & quomodo tranſire dicatur, ibi.

DE COLLECTIS.

SVMMARIVM.

AN plures, vel legatarius & quis eorum collectas ſoluere compellatur pro re legata.
Si fructus legati, oneribus æquipolleant hæredes ad collectam non legatariũ teneri Doct. aſſeuerant.
Poſſeſſorem teneri ad collectas, non deſcriptum, pro regula à patribus noſtris traditum eſt.
Vno ex pluribus cohæredibus effecto non ſoluendo alij non tenentur. & num. 5. 6. & 8.
Poſſeſſor ad onus collectarum ſemper cogitur, cum rem poſſideat, quæ cum ſuo onere pertranſit etiam quod alter ſit allibratus. & num. 7. & 10.
Vnum pro alio grauari Iura non admittunt.
Hoc quo ad priuatos non quo ad fiſcum admittimus.
Hæredes cum defuncto eadem perſona finguntur.
Deſcriptus in æſtimo conuenitur ſimpliciter & non ſolum poſſeſſore effecto non ſoluendo, & quando, & num. 15. vſque ad num. 23.
Poſſeſſor ad quẽ res pertranſit ad pdictas collectas cogitur.
Tributum dicitur onus mere reale.
Collecta reale & patrimoniale onus iudicantur quando vigore ſtatuti bona per æs ſoluenda obnoxia ſunt.
Si quid certum ſingulo anno perſoluitur, collectam fiſcales regni nuncupant.
Opin. quod poſſeſſor ad collectas compellatur, intelligitur in perſcripto in æſtimo.

20 *Possessorem ad collectas teneri à Doct.cum effectu intelligitur licet descriptus semper conueniatur, qui quod soluit à possessore repetet, & nu.21.*

22 *Curet descriptus rem in æstimo emptori adnotari, alias semper conuenitur ad collectas, licet quod soluit repetat. & nume.23.*

24 *Emphyteotam ad collectas compelli affirmant Doct.*

25 *Idem in liuellario.*

26 *Et vsufructuario, contra Bar. & Bal.*

27 *Opi. Bart. & Bal. saluari posse credimus si fructus æquipolleant oneribus, quia Dominum non vsufructuarium teneri putamus. Et nu.28.*

29 *Ad vassallũ qui Domino non seruit in prælio onus collectarum pertinet. Quam opi. veram esse non credimus, sed quod ab illis simpliciter sit immunis. & nu. 30. & 31.*

32 *Vir pro dote collectas soluet, licet ipsa in æstimo descripta comperiatur, quæ ab oneribus personalibus non liberatur in domicilio viri. & nu.33.*

34 *Fiscum ad collectas teneri asserunt Doct. qui fructus colligit ex re confiscata.*

35 *Bannitus statuto de collectis loquente ligatur, ideo pro bonis quæ possidet illas soluere cogetur.*

36 *Milites nostri temporis collectas soluunt, quia gratis non militant, secus est in militibus antiquis. Et nu. 37.*

38 *Onus collectarum ad locatorem non conductorem spectare maiores nostri profitentur.*

39 *Tributum ex corpore fructuum soluitur.*

40 *Prouinciales illud præstare soliti sunt.*

41 *Ad collectas quæ pro muris reficiẽdis transitu vel exercitu hostium indicuntur cõductorem teneri à Doct. firmatur.*

42 *Idem si pacto initum esse reperitur.*

43 *Quod non admittimus in collecta excessiua & iniusta.*

44 *Quemlibet possessorem ad collectas esse cogendum pro regula à Doct. nostri traditum est.*

45 *Ex quibus causis collecta indicitur.*

46 *Pro omnibus necessitatibus in cõi occurrentibus indicitur.*

47 Pro

Pro soluendo debito ab vniuersitate contracto indicitur.
Et ex alia qualibet causa legitima & necessaria.
Vt si litem cum subdito habeat pro soluendis impensis quæ occurrunt in dies indicitur, et is tenetur, cum quo lis est; collectam soluere.
Idem si pro pœna persoluenda ex delicto ab eo perpetrato.
Causam legitimam esse credimus refectio, vel murorum ciuitatis ædificatio.
Muri ciuitatum sunt publici.
Emptio Castri est causa legitima vt collecta indicatur.
Item solutio stipendiatorum communi.
Pro salario medici, & aduocati collecta indicitur, à qua nullus excusatur.
6 *Idem si pro salario Pratoris imponatur, quam pro parte soluunt rustici per capita.*
7 *Ad salarium Pratoris vel publici officialis pro parte coguntur ciues incolæ, & forenses quibus indicitur collecta per as & libram.*

Qui soluere Collectas tentatur, an possidens vel descriptus. Cap. IIII.



DIXIMVS vnumquemq; possessorem, vel æstimatum cogi ad collectas, verum quia sępenumero hæsitari contingit inter descriptum, & non possessorem, & eum qui possidet quis scilicet ad collectas tentatur. ideo secũdum exigentiam
1 casuum aliquos discutiamus. Si igitur † inter hæredem vniuersalem ac legatarium sit altercatio pro re legata, quis eorum obligetur ad collectas. dicit Bart. in l. neque stipendia. ff. de impen. vnumquemque pro vt possidet, & fructus percipit cogi posse, & si plures inueniantur, pro portionibus debitum diuiditur inter eos, Bart. l. 1. C. de anno. & trib. lib. 10. versic. in collectis. Idem in hoc con-

cluditur ante traditionem legati hæredem teneri post legatarium, Bal.in l.prædia.col.1. versic.item si veniunt. C.de fideicom. ideo pro præterito tempore hæres conue
2 nitur, pro futuro vero legatarius. Et quomodo † à iure hoc consideretur ponit Alex.in l.cum seruus, alias apud Iulianum.§.si quis. ff.de leg.1. num.6. vbi hanc opin.discutit, illam veram non putat si onus collectæ fructibus æquipolleret, quia conuenitur etiam pro futuro tempore hæres, Soc.in consil.243.in 2. Cor.in consf.264.nu.7. in 4. Ang.in consil.206.inter col.1.& 2. loquens in legi-
3 tima filiæ. Et hoc † pro regula tradunt Doct.quòd qui fructus percipit onera subeat, etiam si alius sit in æstimo perscriptus, vt supra diximus in 3.quæst. num.36. quæ tamen intelligenda sunt pro vt ibi, num.38. expliuimus limit.prima.

4 Quintodecimo quæro † plures sunt cohæredes, vnus efficitur non soluendo, an cęteri teneantur, Bar.in l.placet, in repetit.colum.5.versic.sed quid, & Bald.colum.4. num.26. C. de sacrosan. eccles. formant hanc q.& alios teneri concludunt, quod si facto testatoris prouenit, vt si est collecta ab eo debita, quasi illius author fuerit testator, omnes teneantur, alias si est ipsius factum, citatur glos.in l.prima. C. de anno. & trib. lib.10. in verbo annonas.

5 Ista † opinion videtur vera, eo maxime quia glos.ipsa non loquitur in terminis Bart. & Bald. sed in possessore rerum effecto non soluendo, an cohæredes teneantur, &
6 decidit quod sic ratione prædicta. Quæ † opinio nusquã verificari credimus, quia cum res pro qua soluitur onus sit illi oneri obnoxia, vt ad quemcunq; vadat cum illo onere, illaq; transeat causa. Cur.Iun.in d.consil.42.nu.5.
7 Ias.in d.consf.83. in 3. semper † is apud quem reperitur, ad onera illius ratione indicta cogetur, & non potest effici non soluendo, cum rem possideat, & licet primus in quem translata est in alterum rem transferat, & non soluendo efficiatur, alius possessor rei semper cogetur,

getur, etiam quòd alter sit æstimatus, Alex. in cons. 148. num. 11. in 6. Soc. in cons. 217. col. 2. versic. octauo, in 2. ratione obligationis rei. l. 2. C. sine cen. vel reliq. Bald. & alij notant in l. omnes. C. eo. & Alex. in d. l. neque stipendia. ff. de impen.

8 Minusque † veram putamus quæstionem quam formant Bar. & Bald. in loco citato, quia datis pluribus cohæredibus vnusquisque pro portione quam possidet cõuenitur, vt supra diximus, & Bal. in d. l. 2. in l. licet. C de iure dot. in d. l. placet. col. 4. versic. sed verum. Alex. in d. l. neque stipendia, Bart. in l. 2. C. de præd. naui. lib. 10. Nec
9 † vnum pro alio grauari posse iura concedunt. l. 1. C. vt nulli ex Vic. lib 11. naturali enim çquitati conuenit quẽque pro alienis debitis non molestari, Bart. in l. 1. §. mix-
10 ta. ff. de mun. & hono. in l. 2. C. de apo. pub. lib. 10. At † cogetur possessor in quem translata fuit portio cohæredis ratione oblationis de qua supra, & non alter cohæ-
11 res, qui non possidet. Hanc † veram esse dicimus quo ad priuatos, at quo ad fisci exactorem non procedunt, cum diuisio nulla fieri possit in eius præiudicium minusque alienatio, semper enim potest, & descriptum & possessorem rei cogere, quia vtrumque obligatum tenet. Bald. in l. si negocium. C. de nego. gest. in l. 2. C. pro socio. clamans illam legem menti esse tenendam. Bart. & Bald. in d. l. omnes. Bal. expressius in l. 1. col. 2. vers. item si sunt. C. de hæred. & actio vend: etiam pro detentationem personæ. Bart. in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10. & infra latius dicetur.

12 Et si obijciatur † has opi. saluari posse ratione descriptionis, vt cohæredes descripti fingantur & reputentur eædem personæ cum defuncto, vt teneantur vti illius authores, vt inquit glos. in d. verbo, annonas, ideo sicut conueniri defunctus poterat ratione descriptionis, & indictionis collectæ per æs & libram, vt supra q. 3. nu. 38. & q. 8. num 47 explicauimus, ita illius hæredes, etiam quod alius possideat, quia æstimum vti causa finalis est

attendendum, & non alius quispiam possessor. Rursus dicere possumus cohæredes teneri pro collectis non solutis per possessorem, qui rem alienauit, & non soluendo effectus est ratione prædicta.

13 Respon. † quid licet hæc demulceant aures, rectè intuenti nil faciunt, negamus enim cohæredes vti descriptos teneri pro possessore effecto nō soluendo, quia hac sola ratione non compelluntur, sed generaliter, siue sit soluendo, siue non possessores conueniuntur, & hanc fallentiam tradidere Doct. nostri ad regulam, possessorem semper conueniendum ad solutionē onerum licet alius in æstimo descriptus sit, vt ibi latius dictum fuit. Minusque

14 † est verum quod ad prædictas collectas ij cohæredes teneantur pro possessore effecto non soluendo, quia is ad quem res transit cogitur nedum ad futuras suo tēpore indictas, verum & ad præteritas. Rom. in consil. 73. circa primum, num. 5. Et diximus supra q. 3. nu. 44. Possent forte saluari istæ opi. si res flumine, casmate vel aliter periret, quia si possessor ad quē solutio collectarum pertinet non soluendo efficiatur, cohæredes authores tenentur pro præteritis, pro futuris nō cum æstimum mutetur, vt supra in j. par. num. 30. diximus, alias nescio videre re superextante quomodo effici non soluendo valeat possessor ad quem res semper transit cum onere illo potest etiam succurri exactori per detētionē personę, pro vt infra in tertia par. in prin. num. 14. dicetur.

15 Occurrit † circa prædicta declarare melius ea quæ supra in 3. quæst. num. 36. & quæst. 8. num. 47. dicta fuerunt, & tradiderunt patres nostri per regulam ad collectas possessorem prædiorum teneri, licet alius in æstimo scriptus reperiatur. Addunt fallentiam, cum qui descriptus est esse conueniendum, & non possessorem pro collectis quæ per æs & libram indicūtur, cum æstimum sit causa finalis, tantummodo consideratur & nō is qui possidet, hæc videntur quandam perplexitatem inducere, vt descriptus teneatur & non possessor, & possessor

cogatur,

cogatur, licet alter perſcriptus comperiatur in æſtimo pro ſolutione.

16 Regulam † veram eſſe putaui in oneribus realibus quæ non perſonam ſed res tantum reſpiciunt, vt tributum.11.q.1.C.ſi tributum. Bal.in l.omnes, num.2.C.ſine cen.vel reliq.res enim ſequuntur poſſeſſores illarum.

17 Idem †in collecta iudicari poteſt pro cuius ſolutione bona vigore municipalis cenſuræ ſunt obnoxia, quia onus patrimoniale dicitur, & poſſeſſorem ſequitur, vt ſupra

18 diximus quæſt.3.num.43.& quæſt.8.num.14.Vel† ſi ſingulo anno ſoluendo quid certum indicatur, hoc fiſcales regni collectam nuncupant. Et dicitur onus reale quod incũbit ſolis poſſeſſoribus, vt ſupra in prin.2.par.nu.7. explicauimus, fallentiam autem verificari in collecta, quæ eſt incerta nam per æs & libram indicitur,& vt exiſtimo, ad hanc cogitur perſcriptus in æſtimo & non poſſeſſor,quia æſtimum reputatur cauſa finalis.

19 Verum† hæc mihi nõ ſatisfaciunt, quia Doct.citati in regula loquũtur ſimpliciter de collecta indicta per æs & libram,& de ſcripto in æſtimo.Dicunt enim poſſeſſorem teneri,licet alius in æſtimo perſcriptus reperiatur.

20 Vnde† aliter reſpondeo. Doct.regulam firmantes intelligere poſſeſſorem teneri effectualiter, licet alter ſit deſcriptus,quia ęquum eſt vt ſi fructus colligit quòd ad onera etiam teneatur.l.ſecũdum naturam. ff.de reg.iur. Et in regula.Qui ſentit.eo.tit.in 6.

21 Quo vero † ad modum conueniendi dic quod deſcriptus conuenietur & etiam cogetur ad ſolutionẽ, ex quo neglexit eximi ab æſtimo,eumq; in quem rem tranſtulit annotari, ideo ſibi imputandum eſt l.ꝗ Damnum.ff.de reg.iur.licet quod ex cauſa prędicta ſoluerit repetat Bal. in l.ſi negociũ.C.de neg geſt. & ſupra diximus quæſt 3. num. 39. Quo fit vt ceſſet id quod abſurdum videtur alium pro altero teneri, contra l.vnicam. C. vt null.ex

22 Vic. Et iſto † caſu verificatur fallentia, ideo deſcriptus in alienatione rei curet emptorem in æſtimo annotari,

vt hæc effugiat, & Idonus, alias semper conuenietur, Aret.in conf.105.in causa mag.vt dictum fuit supra.

23 Deniq; †ergo cōcludamus in terminis nostris, possessorem ad solutionē collectæ semper teneri, quia licet descriptus conueniretur & solueret ab eo repetit, & in effectu ad eum spectat solutio, ideo regula bene verificatur vt possessor teneatur, & fallentia vt descriptus conueniatur ratione perscriptionis æstimi, & soluere cogetur, dānum tamen non sentit, ex quo solutum repetit vt diximus, ista tamen quo ad fiscū magis vera firmamus, cum vtrumque conuenire valeat, & actiones habeat vt dixi, & firmat Castr.in l.2. in prin.C.fine cen.vel reliq.

24 Ex illa †regula quamplures quæst.deciduntur. Prima, emphytheotam ad collectas cogēdum esse, quia fructus colligit & suos facit & pro suo possidet, vt inquit Bal in d.l.placet.col.4.versic.sed quid.in l.1.col.1. versic.sexto.C. de iure emphyt.Alex.in conf.4.col.2.& num.1.& 2.Cur. Sen. qui plura congerit in consil.36. Soc.in d.conf.119.
* Ami.in conf.8.nu.6.& hanc esse opi.commūne* attesta-
25 tur Cur.Sen.in conf.citato, Idem †in liuellario esse affirmat Soc.in d.conf.119. & Rui.in conf.77.in 1.

26 In vsufructuario †res clara redditur, cum fructus percipiat.Alex.in conf.34.col.4. versic.circa tertiam.in 4.in conf.citato 4.col.fi.Bal.in cōf.477. vsufructuarius in 3. Rom.in conf.73.circa prim.num.5. Soc.in d.conf.119. col.1.in conf.243.col.2.vers.Et dico.in 2.Bar.in l.quæro.
27 ff.de vsufr.leg.& hanc † veram credimus esse opin.quicquid dixerint Bar.& Bal.in d.l.placet.col.4.quia cum nihil citent erubescimus, &c.

28 Nisi † saluando illos dicamus eorum dicta vera esse quando onera adeo sunt grauia quòd æquipollerent fructibus, quia Dominum non vsufructuarium cogendum esse arbitror, sicut de legatario & hærede tradunt Cyn. & Alex.in l.cum seruus. alias apud Iulianum.ff.de leg.j. in §.si quis.in fi.alias regulare est, quod qui ius in re habet ad eas teneatur.

Vassallum

29 Vassallũ † ad eas teneri putamus, ex quo dominiũ vtile consequitur, Alex. in d. cõsi. 4. Soci. in citato consi. 119. versi. tertio. Roma. in d consi. 73. num. 5. qui citat Bald.
30 in c. 1. per quos fiet inuest. in vsibus feud. Hanc † conclusionem in eo qui tempore Belli non seruit domino, veram esse existimo. At si in prælio dominum adiuuit onere collectarum nõ grauetur, ne ad subeundum onus duplex compellatur, firmat. Cassa. in consi. 64. num. 2.
31 Fortius † dicerem vasallum regulariter ad collectas nõ cogendum, quia si feudum possidet, nobilis effectus est, nobilis autem ad illas non compellitur, vt infra in 4. par. latius explicabitur, ergo nec vassallus.
32 Idem † concludamus in viro rem vxoris possidente, quia cum rei dotalis sit dominus matrimonio cõstante. l. doce ancillã. C. de rei vend. plenius tractatur per Doct. in l. in rebus. C. de iure dot. æquum est, vt ad collectas teneatur & non vxor, licet ipsa vti descripta conueniri valeat. Alexan. in d. consi. 4. col. fi. Bar. in l. neque stipendiũ. ff. de imp. in l. 1. C. de mul. & in quo loc. colum. 5. ver. item quærit glos. Alex. in consi. 148. nu. 4. ij. in 6. Castr. in cons. 329. visis. num. 1. 5. in 1. Soci. in d. consi. 119. col. 1. versi. nono, & in d. consi. 243. col. 2. Ami. in consi. 69. num. 23. 25. Guid. Pap quæst. 396. quid habentibus. nume. 3. At
33 † vxor ad onera personalia in loco viri compellitur, vt Bar. inquit in l. origine. C. de muni. orig. & in col. lib. 10. In l. fi. §. idem rescripserunt. col. 1. versi. vlterius quæro. ff. ad municip. Alex. in citato consi 148. num. 5.
34 Fiscus † qui fructus colligit ex re confiscata ad collectas obligatur licet bannitus sit allibratus, Calc. in cõsi. 68. num. 5. & ne dum ad indictas suo tempore, verum & ad præteritas. Rom in d. consi 73. num. 5. Soci. in citato
35 consi. 119. col. fi. versic. 11. At si bannitus † aliqua bona possideret, pro eis ad collectas conuenitur, quia statuto de collectis loquente ligatur, vt affirmat Bal. in l. fin. C. si propter publ. pensita. Bar. in l. inter quos. §. damni. ff. de damno infect. Castr. in l. seruus plurium. §. si quis autem.

tem.ff.de leg.1.Bal.in d.l.placet, col.4.num. 30. versicu. quæro an exbanniti,&c.

36 Miles †verò ab hoc onere non excusatur.l.cura. §.fin. ff.de mun.& hono. vbi Bal.idem firmat,in l.penult.C.de mili.testam. licet in eo, qui non militat videatur loqui verum,Cur.Iun.in consi.60.num.6.hanc opin.veram esse firmamus in militibus nostri temporis,cum antiquorum militum priuilegijs non gaudeant. Bar. in l. miles. ff.ex quibus cau.maio.Cur.Iun.in citato consi. 60.in antiquis verò priuilegiatis vel domino gratis seruientibus secus esse putem, ne duplici onere grauentur.Cassa.in d.

37 consil.64.num.5.Qui autem hodie †militant nisi soluatur stipendium vsque ad minimum quadrantem nō seruiunt ideo cum cesset ratio, & ius cessare debet. c. cum cessante,de appell. Rursus cum de consuetudine pro eis grauentur, cessat quæstio,quæ est attendenda,sicut contraria obseruatur,vt inquit Cassa.in citato consi.64.

38 In conductore †simplici,vel ad septennium oritur dubitatio,quia Accurs.in l.1.C.de anno.& trib.lib.10. videtur firmare eum teneri. Bar. asseruit ex illa lege mirabiliter notari conductorem & non dominum ad tributa cogendum esse,nisi aliter se habeat consuetudo, inferius autem dixit inspiciendam esse personam in collectis cui indicuntur, & non decidit, Bal.autem hanc quæstio.decidit,onus ad locatorem vti rei Dominum spectare, licet conductor fructus colligat, cum pro eis soluet pensionem in pecunia, & tradidit in plerisque locis Alex.in consi.1.col.3.versic.secundo etiam potest responderi, in quarto.in consil. 4.colum.2.versic. sed in collectis,in 5. in consi.24.colum 4.versic.vnde dicit Bald.in quarto.Et quia alieno detinet nomine Roma. in d.consi.73. nu. 5. Soci.in sæpe citato cōsi.119 col.1.Cur. seni.in consi.36. Crau.in consi.145 nu.21. Vnde si fortè solueret repetit à locatore, Ias.in consi.109.col.2.num.3.in primo. Nec glos.in d.l.1.quicquam facit,cum in oneribus mœre realibus loquatur, ad quæ conductorem teneri affirmat, illamque

Iamque intelligit. Alex. ibi. nec aliter citati Doct. supra
39 loqui videntur. Vt in † tributo quod legis dispositione de fructuum corpore soluitur, quod est pars quinquagesima fructuum, qui nascuntur ex prædio. l. modios. C. de
40 suscep. lib. 10. Alexan. in citato consi. 4. col. 2. Hoc † onus præstant prouinciales, vt inquit Tacit. lib. 20 ab Alciato relatus in l. ager. §. stipendium. ff. de verb. signifi. Non
41 † effugeret conductor collectas quæ pro reficiendis vijs, hostium transitu aut exercitu indicuntur, vt inquit
42 Ias. in d. consi. 109. num. 3. Nec † si conuentum inter locatorem, & ipsum foret conductorem ad illas teneri.
43 Rub. Alex. in consi. 135. Quam † opi. veram non puto in collectis excessiuis, pro casibus insolitis indictis, vt ibi, vel nisi modicitas pretij resultet, & sit iniusta, Crau. in d. consi. 145. num. 20.

Has quæst. pro maiori declaratione in exemplis tradidisse volui. At ne membranas occupemus pro regula
44 vera à maioribus nostris traditum est. Quemlibet † possessorem bonorum descriptorum, & fructus colligentē ad collectas soluendas esse cogendum, vt dictum fuit, & firmat Alex. in consi. 31. col. fin. in primo. Socin. in præd. consi. 119. versi. 8. & 10. de parte qui bona possidet. Alex. in consi. 133. num. 4. in septimo. latius in tertia parte explicabimus.

45 Vidimus † per quos & quibus collecta indicat. Dissentiamus nunc ex quibus causis indici valeat. Quamplures casus traditi à patribus nostris sparsim comperiuntur, alios citat Alberi. de Rosate in suo Diction. in verbo dominus. nouem in l. placet. C. de excusa. mun. lib. 10. enumerantur. Et Guid. Pap. in cons. 1. nu. 9. citat alias.
46 Regulam † Doct. nostri profitentur vt pro omnibus necessitatibus occurrentibus in communi, si aliunde prouideri nequit vniuersitas indicere collectam compellant.
47 Fingamus † illam necessitate cogēte contraxisse, ex eo verò contractu esse debitricem, in pecunia collecta indicitur, si aliunde illud debitum sanare non potest, Dyn. &

Bar.

Bar.in l.3.col. fi.in fi.ff.de alim. & ciba. lega. in l.1.C.de superind.lib.10.In l.1.§. quod si nemo.ff.quod cuiusque vniuer.nomi.Bal.in l.etiam.C.de execut.rei Iud. col.fin. num.28.in d.l.1. §.quod si nemo. col.2.versi.super 1.Ex
48 causa † legitima & necessaria affirmant Doct. indicendam esse collectam, Alex.in l.4.§.auctor,num.13. ff.de re iud.& cęteri patres idem attestantur.in consi. 52. col.2. versi.sed præmissis, in 2.in consi.122.col.2.ver.5.autem. in 4.in consi.98 num.4.in 6.Ias.in consi. 71.col.fi.versi. nec præteritis.in 3.Abb.in c.fi.col.fi.versi.dicendum tamen.de his quæ fiunt à maio.parte capi. Felyn.in c.cum dilecta.in versi.singuli.de rescript.

49 Vt si litem † cum alieno subdito habet vniuersitas ex qua multas erogare impensas cogitur tã in actibus, quã in patrocinantibus, sanãtur per indictionẽ collectæ, ad quam is etiam tenetur qui cum illa litem facit, Bar.Bal. & Doct.in l.ab omnibus.§.si Titio.ff.de leg.primo.

50 Vel si pro † soluenda pœna ob delictũ ab ea perpetratum indicatur.Bal.in d.§.quod si nemo,& alij supra citati.ad illam tamen non cogũtur innocentes. Bar.in l.aut facta §.fi. versi.hoc præmisso.ff.de pœn.

51 Causam necessariã esse iudicamus refectio vel ædificatio murorum ciuitatis pontium, & viarum aut alterius publici operis. Bar.in l.omnes.col 2.ver.specialis.C.
52 de cens.vel reliq. Muri † enim ciuitatis proprie publici dicuntur,cum vrbem muniant & męnia contineant.
53 Alcia.in l.quantum.ff.de verbo.signif. Emptionem † castri legitimam causam esse asseuerat. Bald. in d.l. etiam. num.28.col.5 versi.modo viden.C.de exec.rei iud.Idem
54 † esse ob solutionem armigerorum ad stipendium com-
55 munis conductorum firmat ipse Bald. ibi. Aut † si pro solutione medici aut aduocati communis indicatur, vt affirmat Iac.Rebuff.in l.1.C.de superind. lib.10.vel salarij Prætoris,& officialis loci, à quo nullus excusatur ratione ætatis vel sexus,nisi consuetudo aliter dictaret, vt inquit Bar.in d.l.vnica,C.de mul. & in quo lo. colum.3. versi.

56 versi.circa primum.lib.10. causa erit iusta. At hæc † per capita indicitur rusticis qui pro parte grauantur, vt is asseruit in l.1.C.de capit.ciui.censs.eximen.lib.11.Ad aliã
57 †autem ciues,Incolæ,& forenses, vrgente consuetudine coguntur.Soc.in consi.129.col.5.versi.3.principaliter.in j. Quæ collecta illis per æs & libram indicitur, vt seruatur communiter in partibus Lombardiæ. Et per hæc sit expedita pars secũda,cuius materia satis intricata,plusquã putarem,me longiorem traxit. Ad tertiam deueniamus.

PARS TERTIA, DE COLLECTIS.

SVMMARIVM.

1 *EXactores singulo anno ab vniuersitate eliguntur, qui peraquatores nuncupantur. num.2.*

3 *Et vocantur etiam consules qui ad hastam officium consequuntur.*

4 *A cancellario communis collectam suscipiunt in quinterno qui alio nomine rotulus nuncupantur.*

5 *In illis consules eliguntur qui exiguunt ibi collectam.*

6 *Maior collecta in villis indicitur ob maiora onera qua ibi accidunt.*

7 *Contra debitores collectarum executiue agitur.*

8 *Aeditur proclama super solutione collectarum, quod citationis loco subrogatur. & num.10.*

9 *Octo Iugera terra vnum denarium æstimi constituunt, & plus minusq́ iuxta locorum diuersitatem.*

11 *Debitoribus intra tempus proclamatis non soluentibus bona distrahuntur ad hastam.*

12 *Si in numero pondere vel mensura consistunt bona ad hastam non distrahuntur.*

Quinque

13 *Quinque requiruntur vt bona distrahantur de iure cõ.*
14 *Debitores collectarum detinentur, non autem carceri mancipantur communi iure, & nu. 15.*
16 *De consuetudine contrarium seruatur, quia carcerantur.*
17 *Quod debitores carcerentur, eorumq́; bona distrahuntur in potestate exactoris.*
18 *In priuato debito hoc non conceditur.*
19 *Minorem carceribus mancipari iura admittunt pro debito collectarum.*
20 *Pœnam proclamatum non incurrunt minores, si quid in damnum eis contingat, curatores resarciunt.*
21 *Mulierem pro fiscali debito iura carcerari non concedunt, in pluribusq́; casibus non procedere testantur Doctores.*
22 *Recte renuunt debitores collectarum soluere nisi exactor licentiam ostendat.*
23 *De facto exequenti de facto potest resisti.*
24 *De Iudicis licentia exactiones fiendæ sunt.*
25 *Iudex qui negligit, vel exequi sine eius licentia patitur, punitur, & qua pœna.*
26 *Annum exactoribus concedunt patres nostri quo finito si fuit negligentes punitur & quomodo, & nu. 27.*
28 *In exigẽdo is statuta locorũq́; cõsuetudines seruari cogitur.*
29 *Exactorẽ nõ exegisse firmat Bal. in consi. 229. in 1. nisi cum effectu exigat, licet debitores carceribus detrudi curet.*
30 *Exactor si pecuniam communis ad alium vsum quam ad destinatum impendat, etiam vtilem communi, male agit, ideo punitur.*
31 *Quod procedit si licentiam à communi detineat, quando destinatione non expressit.*
32 *Cum pecunia communis lucrari prohibetur exactor etiam in foro conscientiæ, & si cum ea negotiatur, mulctetur, vsque ad nu. 42.*
33 *Depositum in ea specie reddendum est. & nu. 38. 39.*
35 *Pecuniam communis commutare exactori prohibitum est. & nume. 37.*
39 *Etiam si ad tẽpus illa restituẽda venit, quia est communis.*

40 Si

40 *Si dua militant rationes, vna cessante, altera dispositionem validat.*

41 *Exactor pecunia Principis illam non potest commutare, nec impendere, quia parata apud eum continuo esse debet pro necessitate Principis, & nu. 42.*

43 *Quod mihi non nocet tibi vero prodest non pracedente aliquo contractu, me inuito facere non licet.*

45 *Exactores pecunias apud se libenter retinent.*

46 *Impendentes illas grauiter puniũtur etiam furti, & nu. 47.*

47 *Et qui ministerium illis prabent, ea mulctantur pœna.*

48 *Exactoribus de receptis pecunijs à debitoribus mandant iura apochas fieri. esse.*

49 *Quod exactores officio completo rationem reddãt Iura pracipiunt.*

50 *Idem statuunt in tutore, curatore, procuratore, in patre, matre, fratre, patruo, filio, commissario prælato, hospitalario, capitulo, sede vacante, negociorum gestore, socio, harede, fideicommissario, in eo qui se pro tutore gessit. Et quolibet administratore qui alterius gessit negocia. Et in exactore collectarum.*

66 *An administratores supra citati conficiant librum particularem, in quo, qua annotentur, & si negligunt qua mulctentur pœna, si debitores eorum culpa effecti sint non soluendo, an teneantur & contra eos in litem iuretur, an eorum libri sint edendi.*

67 *Exactor collectarum librum conficit, & in eo qua annotet.*

68 *Officio finito, is librum regentibus vel calculatoribus consignet.*


69 *Impensa magna sunt probanda per administratorem, de paruis Iuramento eius creditur.*

70 *Relationi à calculatoribus facta de ratione reddita per exactorem, si is sit prasens & taceat, an sibi noceat, & an citandus sit exactor in relatione facta per calculatores.*

71 *Si furto subtracta sint pecunia communis exactori, an teneatur in aliquo, & in quibus casibus excusetur, in quibus non.*

De

De officio exactoris circa collectas. Cap. I.



VIA parum esset collectam indicere, si executores deficerent. argum. l.2.§.post originem. ff. de orig.iur. de exactoribus
1 ergo videamus, si ab † vniuersitate sin-
2 gulo anno eliguntur, qui † communi iure per æquatores nuncupantur. cum æqualiter ab omnibus exigant. Alciat. in tit. de agri. &
3 cens. C. lib. 11. in partibus † vero Lombardiæ consules vocantur, ad hastam ponitur huiuscemodi officium, & meliorem conditionem offerenti deliberatur à can-
4 cellario communis, is † collectam suscipit in quodam quinterno annotatam, qui rotulus vocatur, in quo nomina illorum qui in æstimo descripti comperiuntur scribit cancellarius, & quid, & quantum debeant, hic consul ab incolis, qui intra mœnia & extra in suburbijs
5 degunt exigit, in villis † alij consules electi à deputatis earum, singulo anno creatis, Qui & ipsi collectam indictam ab vniuersitate iuxta rotulum sibi datum per
6 cancellarium communis. Exigunt † & quidem maiorem, quia addunt aliam collectam exigendam inter eos, pro oneribus, quæ occurrunt, cum maiora (secundum quod vrget necessitas) onera in villis accidunt,
7 contra † debitores executiue agen. compellendo eos absque citatione ad illius solutionem. Bald. in consil.433. licet. in 3. Crauet. in consil.3. numero 1. Bald. in consil.238. ad veritatem. in l.nouissime, per Rober.Maran. de ord.iud.in 6.parte. versic.aucto.tamen. Imprimis ta-
8 men † dicitur proclama instante exactore, quod vnusquisque intra tale tempus soluat collectam in eius manibus, quæ est de tot solidis pro quolibet denario æsti-
9 mi, vnus † vero denarius octo bubulcas terræ importat in aliquibus locis, in alijs minus, & plus iuxta lo-

eorum

eorum diuersitatem de quo loquuntus est Barto. in l 2. C.de indict. Idem & Angel.in l.fin.eod.titu. Bald. in d.l. placet,colum. 4 numero 34. versicu. sed an . Quod loco
10 † citationis subrogatur, lapso tempore distringuntur
11 debitores captis pignoribus, quæ † ad hastam venduntur plus offerenti, vt tradunt Bald.& Castr.& alij in l. 2. columna prima, in fi. versiculo Item possunt. C.si prop. public.pensit.Bald.in l.fina.in fi C.si aduers. fisc.in mul-
12 tis partibus, vigent statuta & consuetudines. Quæ † seruantur, vt inquit Bald.in d.l.1. numero 3. & bona quę in numero pondere vel mensura consistunt non subhastantur, quia eorum pretium est manifestum, nisi crederet affectio, quia non distrahuntur sine subhastatio-
13 ne. Bald. in d. l. 1, in fi. in alijs verò casibus † communi iure necessaria sunt quinque glos. in l.1. C. de præscript. 30.ann. Bald.in d l. fi.in fine.C. si eduers.fisc & Doct.in citata l. 2

14 Alia † via exactori succurritur, si personam debitoris distingat per carcerationem, cum in eius potestate sit, vt videtur firmasse Bar.in l.nemo carcerem. in 3.not. C.de exacto.trib.lib. 10.Et annotat Alexan.debitorem fisci ne dum carcerari. Verum & illius bona distrahi posse iura concedunt. Quæ opinio prius etiam placuit Bart.in l.4. §.Ait prætor.versi quæro an.ff de re iud.in l.1.C.de cap. & distra.pigno.lib. 10.Bald. in d.l.placet, col. 4.num.34. versi.sed an Bar.ibi num. 27.

15 Hæc opi. † sic simpliciter intellecta non videtur vera. Quia quo ad detentionem personæ procedit, nõ quo ad carcerationem, concedo enim debitorem detineri posse, & sub custodia mancipari,in carcerem verò detrudi minime. vt declarat Bart. in l. cum eo.col.2. ff.ad leg. Iul. pecul. Qui asseuerat dicta in d.l.nemo carcerem ita intelligenda esse, vt non soluentes capiantur,ac sub cu-
16 stodia assidentur. Et vera † sint alia quæ in citatis locis adducta sunt, approbat Abb.in c.2.num.3.de pignor. hæc tamen de consuetudine non seruantur. Quia debi-

F tores

tores nedum detinentur, at carceribus mancipantur. Et non relaxantur donec minimum soluerint quadran-
17 tem. Et nihilominus † exactor manus ad illius bona extendet vsq; quo integre sibi sit satisfactum, vt inquit Bart.in l.consentaneum, col.fi. versi.quæro secundo. C. quo.& qui.iud.Ang.& Alex.in d.l.nemo carcerem.
18 Aliud est † in debito priuato, quia prius bona capiuntur deinde persona. Bart.in d.l.cum eo,& Doct.in l.à Diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iud.
19 Amplia ntur † hæc in minore qui capi potest, vt supra, vt inquit Bal.in d.l.placet,col.pen.num.35. versi.59. nunquid,non incurrit tamen pœnam proclamatum quã infligunt inobedientibus. Alex.in consi. 31. in 5. Cum
20 eis non currat hodie aliquod tempus. Et si † damnum patiuntur, curatores vel tutores resarcire obligantur, glo.in l.tutoris. C.de admi. tuto Bart.in l.2. C.de fund. patri. lib. 11. Neue absentes in pœnam eorum incurrerent, vt inquit Alex. in citato consi.31. columna prima. versic. præterea.
21 Limitant † Doctores nostri in muliere, quæ non capitur pro fiscali debito, vt Barto. in d.l.cum eo. Bald.in d.l.placet,nu.35.col.pen. tex. ad literam citatur in auth. sed nouo iure,C.de offi.diuers.iud. in auth. sed nouo iure. C.de cust.reo. firmant Bart. & Doct.in l.plerique. ff. de in ius voc.maxime Alex.num.12. Marsi.in pract.crimi.§.attingam.nu.63. qui more solito quamplura congerit. Hoc sublimitatur à Doct. pluribus modis qui citantur in d.l.pleriq;, & Marsi. in d.§.attingam. Soci.in consi.126.colum.2.versi.confirmatur hoc,in 1, Roma.in consi. 118. ad prim. vbi de illa muliere quæ cum sciret esse tutricem, inuentarium non confecit, quia nedum detinetur, sed torquetur.
22 Quæro j.iux.hoc † nunquid debitores renitentes soluere, vel quia asserunt se non esse in quaterno descriptos recte agant, nisi exactor ostẽdat eis notulam descriptorum, Doct. dicunt recte facere, quinimo exactorem

aliter

aliter procedentem ad damna impensasq; teneri, teste
23 Bar.& Ang.in l.1.C.de exacto. trib.lib.10. Et † cum iniuste exequatur illi de facto resisti potest. l.prohibitum. C.de iure fisc.lib.10.ibiq; not. Bart. in l.palatinos. C de col.fund.fisc.lib.10. Franc.in c cum parati. col. 8.versic. sed limita.de appellat.Bar.in l.contra.C.exemp. & exact. lib.12.idem est si vltra debitum pignora capiunt. Bar.in d.l.contra. in vltimo not. restituunt enim quod exegerunt, vt inquit impen. in l.2.§.& cui. ff.de admin. rer. ad ciuit.pertin.

24 Et licet † ordine iuris non seruato procedatur in huiusmodi oneribus, exactiones vero,non authoritate pro
25 pria,at de iud.mandato imponuntur.qui iudex † si negligit vel patiatur aliter fieri, punitur in duplum, amittit salarium illius temporis, & de suo soluit, licet repetat hæc nota. Bar.in l.in fiscalibus, & in l.missi opinatores.C.de exact.trib.lib.10.in l.iudices. C.de anno. & tribu.eo.lib,& Bald in d.l.missi opinatores. versic.in 3.par. & versic. nota. & in fi.criminaliter etiam potest illi pœna infligi,vt per Ang.& Doct. ibi.

26 Secundo † quæritur à maioribus nostris, quot tēpus habent si exactores ad exigēdum, de iure communi annus conceditur,nisi aliud appareat.l.sicut. C.de exact. & execu.lib.12.testatur Bart. in l.4. §.actor. versicu.quæro an pro tali debito. ff.de re iud. Quo finito, vt inquit ibi Bar. Capiuntur & detinentur,cui assentiunt Ang. Alex.
27 & alij,& Guid.Pap.q.87.si villa.nu.3. Nisi † causam iustam ostendant, fortius & puniuntur d.l.siue, Et de suo proprio soluunt, vt inquit Bart. & Doct. in l.Meuia. ff. solu.matrim.Soci.in cons.273.col.3.versic.confirmātur ista.in 2.licet,à debitoribus repetant, vt inquit Barto.& Doct.in locis supra citatis.

28 In exactionibus † locorum statuta, & consuetudines seruare debent, licet executiue in ijs procedant, etiam quod in mandatis haberet exactor exigere omni cohortatione,&c.Bal.in l.j.C.si pro pub. pens. col.1, versic. sed

pœnæ,in l.etiam.C.de execu.rei iud. col.4. versic. modo. Bart.& Ang.in d.l.missi opinatores, colum.fi. versic.not.
29 si modo,exigisse † autem non videtur, etiā quod ad detentationē personę debitoris deuenerit,nisi cum effectu exigat,teste Bal.in cōs 229.primum dubium, nu.4.in 1.
30 Quæro tertio †fingamus exactorē pecunias impēdisse ad vtilitatem cōmunis,non tamen in vsu iam destinato, non recte egisse credimus, imo punitur in duplum, cum authoritate propria negociū gesserit, vt inquit Bar. in l.1.C.de his qui ex publi. coll. lib.10. citat. l.fin. C.de form.vrb.const.lib.10.clamans contra tales quibus mādatur, vt aduocatis soluant salaria, pecuniasq; in alium vsum conuertunt,nec vllo modo excusantur, nisi licentia,vel mandatum regentiū ostendant. Alex.in cōs 205. colum. 5.versic.similiter videtur,in 2.fortius etiam habi
31 ta †licentia eorū,nisi exprimant quod ad certum vsum iam erant pecuniæ destinatæ, exactoribus nil opitulatur,cum a iure subreptitia censeatur, & non excuset eos a pęna,vt attestatur Cur.Iun. in consi.19. num.13.& licet in casu illo contrarium affirmet, in quo etiam Ias. consuluit.consi.229. colum.fi. nu 7.in 2.exactorem excusari, id contigisse dicitur, quia impendit ille superextantes pecunias, non ad certum vsum destinatas, alioquin pœnam incurrit, vt ibi deciditur.
32 Quarto † ex prædictis ad aliam q. infertur, an cum pecunia communis, illam impendendo in mercibus vel aliter negociando,aliquid lúcrari valeant. Exactores saltem in foro conscientiæ, vt fiscus quoquam repetere ab eis valeat,decidit tex.quod non. l.vnicæ, ibiq; Bart.not. C.de aur.pub.persecut.lib.10.cum alijs, quę citat Dec.in
33 consi.6.in prin.in 1.Quinimo†pęna quadrupli mulctatur.l.Diu minime.C.de suscep.pro. & archa.lib 10. ibiq; Bart.& in l. 1. & 2. C.de his qui ex publi. rat.mu.pecu. acci.in l.1.C.de his qui ex publi.coll.lib.10.

Cōtrariū asseuerat.Comen.in cōsi.138.Thesaurarius in 2.dubio,exactores licitè, cum d.pecunia lucrari solutionem

34 tionem ex dictis Deci. in citato conſ. 6. colligimus † ſi pecuniam quam ſtatim impendere cogebantur exactores non ſoluant in mora conſtituuntur, aliter illam impendendo, ideo lucrum reſtituunt fiſco. Idem ſi in neceſſitatibus communis illam erogare tenebantur, at ſi certo tempore,& non citius pecuniam communis ſoluere tenentur, ſi intra id tempus cum ea aliquid lucrantur,id ſibi quærunt.

35 Hæc † ſolutio non ſatisfacit,quia eſt cõtra dicta Bar. in l. 1. C de aur. pub. perſecut. vbi dicit exactores pecuniam exactam in florenos, debent reddere cum autẽ cũ illa negociantur non redditur,cum enim nomine cõmunis illas exigant, in depoſitum penes ſe dicunt retinere, quod in ea ſpecie reddendum eſt, quo fit vt nec intra tempus ſolutionis eorum quicquam lucrari valeant cũ illis,vt atteſtatur Deci.ipſe in conſi.473. num.89.in 3.ſi vero eandem ſpeciem reſtituunt, in ſuam vtilitatem conuertere nequeunt,Bart.in d.l.1. hæc ratio militat, & in tempore præfixo ad ſoluendum, cum illa pecunia ſit idmet depoſitum nomine communis exacta.

36 Quapropter † Deci. in citato conſi.6. ad hoc animaduertens aſſeruit citata pro ſecunda opi.eſſe vera ſi ſtatim pecunia erat ſoluenda,at ſi in tempore præfixo ad quantitatem videtur obligatus,& non ad certam ſpeciem, ergo quod quærit,ſibi non fiſco venit quærendum.

37 Iſta conſideratio † non eneruat rationem à Bar. & ab ipſomet Deci conſideratam in locis citatis, quia ſi prohibẽtur exactores pecuniam communis commutare vt firmat Bart. in d.l.1. quia in eademmet ſpecie debet reſtitui, cum nomine communis & in depoſitum cenſean

38 tur retinere, cuius † natura eſt, vt ea ſpecies reddatur, & Deci.fatetur in d.conſi.473. Vigent hæ rationes vtro que caſu,ſiue ſtatim pecuniam debet ſolui, ſiue in tempore ſtatuto. Et dicere qui certo tempore debet ſoluere videtur ad quantitatem obligatus, ergo poteſt lucrari, cum eandem ſpeciem non reſtituit. Reſpondeo non

39 esse verum † quia licet tempus habeant certum ad reddendum pecuniam, illam tamen pęnes se in depositum retinent, cum nomine communis exegerint, vt affirmat Bart. in d.l.1. nec inficiatur Deci. in citato consi. 473. & quæ quandocunque reddenda est ante terminum, cum sit in potestate deponentis voluntatem mutare. l.1.§.pe. ff. depos. vbi Bar. Bal. Castr. & alij. firmat Alex. consi. 80. colum 2. circa fin. in 3 ideo semper parata debet esse pœnes depositarium, & licet ratione præfixi temporis concedi hoc possit (quod negatur) non cessat ratio, quod
40 † pecunia est communis, quæ in ea specie restituenda est, siue statim siue ad tempus, venit reddenda, & quam rationem vti potentiorem considerauit Deci. in d. consi. 473. num. 9. ad effectum ne commutari valeret ideo dispositio non cessat. glos. in §. affinitatis. instit. de nup. cum alijs quæ citat Ias. in consi. 147. col. 3. versic. quinto principaliter. in secundo.

41 Quapropter † opi. Bar. ab eo in citato consi. firmatam veriorem puto, maxime cum in casu Deci. consi. 6. non constet de termino aliquo exactori assignato ad reddendum pecuniam. Quam tamē paulatim a debitoribus exigebat, vt ante terminum reddi valeat, nil ergo refert ꝙ is statim vel ad tempus præfixum depositum reddere teneatur, quare vtroque casu vti non valet, cum ad libitum deponentis reddendum sit in ea specie, cum depositum restituendum est. at post exactionem quod assignatum sibi fuerat tempus ad restituendum nullum verbū, vnde credo quod si quod lucrum quæsiuit, Principi, nō sibi sit quæsitum. Quia in dies exigendo in dies pecuniā Principi reddere tenebatur, cui necessitates in dies illam erogandi obuenire poterant, ideo paratæ apud eum es-
42 se † debebāt impendendæ in necessarijs rebus Principis, nec cum illis lucrari quicquam potuit, vt concludit idē colum. fin. in fi.

43 Rursus † pro communi opinione citatur communis * regula ab omnibus cōmuniter * recepta si nō præcedēte

contractu,

contractu, quod communitati non nocet & prodest alteri ad lucrum consequendum, concessum non videtur. Bar. communiter approbatus, in l.2.in prin.ff.solu.mat. ibiq; Ias.num. 33. ergo inuito communi non lucratur exactor cum illius pecunia.

44 Non obst l.diu. † minime, & d.l. 1.ab eo citatæ, duntaxat verificari in eo qui statim quod exegit in ærario debet reponere. Quia iura non excludunt casum, quando exactor ad illorum restitutionem ad certum tempus tenetur, intra quod cum sint communis, & illius nomine exactæ in depositum pęnes se habere censetur, & in quem dominium non est translatum, rationibus prædi-

45 ctis. Verum † casum exprimunt qui frequentius accidit, cum libenter apud se pecunias isti exactores retineant.

46 ideo † etiam grauiter puniantur, pęna.l.Iuliæ repetund, toto tit. ff.& C.ad l Iulia. repetun. Ias.in consil.3.col.3. versi.nec hic potest.in 1.Alex. in consi.205.col.3. versic.

47 cum minus, in 2.vbi eadem † pęna mulctantur ministerium præbentes, pęnam etiam furti ad duplum non effugit exactor.Cur.Iu.in consi.19.num.13.

48 Et de exactis † pecunijs apocam debitoribus soluentibus faciet exactor, quæ contra eum probabit tot exegisse ab eis, dicitur Bar.in l.1.de apoc.publi.lib. 10.versiculo sequitur.

49 Officio cōpleto † rationem reddere compellitur. hoc nobis pro regula à maioribus nostri traditum est in quo libet administratore qui alterius gessit negocia vt rationem reddat, iuxta illud Euangelij.Lucæ.cap.16.redde ra

50 tionem villicationis tuæ, in † tutore testantur Socin.in consi.2.col.2.vers.est enim regulare.& in consi.192.col. pen.in 2.& Deci.in consi. 120. num.7. in consi.178.numero 1.in 1.

51 Idem esse in curatore † affirmant in locis citatis, & Soci.in consi.46.col.2.in 1.

52 De procuratore † tam ad lites quam ad negocia asseruerunt Soc.in d.consi.46.in consi.73.col.1.in consi.24.

col.2. in 1.d. consi.192.col.pen.versic. circa quintam.in
53 2.Deci in consi.464. in 3. stabiliuntur † idem in patre esse qui bona aduentitia filij gessit, ratione enim doli reddere compellitur rationem.Alex. in consi.110.col.5. in 3.Soci.in d.consi 49 col.2.in consi 254.col. 2.in fi.in 2.Cor.in consi.105.num.19. in 3.hoc etiam in matre te statur Alex.in citato consi.110.
54 Fratrem maiorem †minori fratri compellendum iura admittunt Socin.in citato consi.46 col.2.in d. consi.73. col.1.in d.consi.192.col.pen.versi.præterea. Deci.In cita tis consilijs.Et in consi.225.num.1.in 2.
55 Filium† viuente patre eius bona administrantẽ teneri volunt.Soci.in citatis consi.& in consi.73.num.12.in 3.
56 In patruo †affirmat Deci.in d.consi.225.& in factore. Soc.in consi.180.col.1.& pen.in 2.consi.in 1.
57 Idem esse†in cõmissario & prælato in d.consi.2.col.2.
58 In hospitalario†voluit Socin.in d.consi.49.col.2.licet prælatus non sicut laicus rationem reddat. Deci.in consil.6.num.1 in 1.
59 Capitulum † sede vacante de gestis rationem reddit summo Pontifici.Rub.Alex.in consi.131.
60 Negociorum †gesto Soci.in d.consi.73.col.1.in d.con si.192.col.pen.Deci.in consi.110.num.7.in 1.
61 Socius socio†Bal.in consi. 418.ad prim.num.6.in 3. Soci.in d. consi.46.col.3.4.in d.consi.162.
62 Hæres†fideicõmissario.Cur.sen. consi.29.col.4.versi. venio ad 2.& col.si.
63 Qui se † pro tutore gessit rationem reddit Soci.in d. consi. 24.col.13.versic.3.
64 Seruus†Domino suo.Soci.in d.consi.24.col.2.
65 Et generaliter†hęc affirmamus in quolibet alio admi nistratore alterius negocia gerente, vt firmat Abb.in consi.12.num.7. versi.capio nunc.in 1.Deci. in prædicto consi.178.& in cõsi.464.533.nu.2.in 3.Cor.in consi.196. nu.4.in 3.Et hoc siue præcedat mandatum,siue non, So cin.in d.consi.73.num.12.in 3.

Et

66 Et in exactore † vniuersitatis testatur Socin. in citato consi.46.col.2.Alex.in consi. 205.col.fi.versic. pro pecunijs,in 2.in ijsq; locis an librum conficiat,& quomodo & si negligit in quo puniatur, quæ verò in eo sint annotãda,reperies. si verò non exegit debitores qui sui culpa affecti sint non soluendo,in quo teneatur.An contra eum in litem Iuretur,an sit liber edendus,an de ommissis & neglectis rationem reddat,in locis citatis plenius à Doct traditur.& per Socin.in consi.92.num. 7.in 4.Ias. in consi.100.num.5.in 1.

67 In exactore,†quod prædicta seruentur.Bar.in l.apparitores.C.de exact.trib.lib.10.annotauit, alioquin bonã rationem non reddit. vt tradit in l. comperimus. C. de naui.seu naucl.lib.11.Ias.in consi.111. in 1. & si hæc nõ facta ab eo comperiantur,an ex causa iusta excusetur.& quæ sit ibi citatur.

68 In redden.ratione liber exactoris cõmuni,vel calculatoribus consignandus est, Ias.in consi.169.num. 1.in 2.

69 Qui†diligenter cõsiderẽt impensas ab eo factas, quia magnæ sunt probandę,de paruis eius Iuramento creditur.Bar.in d.l.comperimus, idem in quolibet alio administratore vera fore putamus. Bal.in Rub. C.de fi.instr. num.34.versi. sequitur videre. vbi plenius, quæ impensæ ab eis approbentur & quæ non, hęc etiã citantur in

70 consi.2.citatis. ratione † reddita referunt calculatores. cui relationi si exactor est præsens & taceat, an sibi præiudicet,& an valeat relatio eo nõ citato tradditur à Ias. in d.consi.169.in 2.

71 Quæro quinto.†Quid si exactori pecuniæ communis furto sint subtractæ, an de ijs rationem reddat, & restituat tantũdem. Deci. in consi. 473.in 3. super hoc casu consuluit,& concludit ipsum teneri. si culpa sui hoc accidit,vt quia illas non custodiuit diligenter in loco tuto,sicut qlibet alius custodisset, alias si in capsa ferreis clausuris munita reposuisset, & in loco qui à cunctis cõmuniter tutus existimaretur,hæc fracta reperiatur,diligentiam

gentiam illam adhibuisse creditur, quã adhibuisset quilibet alius diligens pater familiàs, quo fit vt excusetur. Et in aliquo versus commune pro furto illo non teneatur, vt late prosequitur, ad quem me reporto.

DE COLLECTIS.

SVMMARIVM.

1 *PRo debito ciuili contracto per vniuersitatem quilibet pro parte conuenitur in pœnali insolidum.*
2 *Singulæ personæ non possunt detineri pro debito.*
3 *Nisi aliter appareat ex contractu, consuetudine, vel*
4 *statuto, & num. 4.*
5 *Sindicus pagorum vel villarum præfectus nuncupatur.*
6 *Exactor pro damno, & impensa ab vniuersitate passis culpa sui obligatur.*
7 *Conuentio inter vniuersitatem & particulares de soluendo quid certum singulo anno pro collectis de iure tenet, si cum iusta causa inita sit, alias non, vsque ad num. 25.*
8 *Terræ conuentionatæ vocantur super quibus est inita conuentio.*
9 *Quæ sit iusta causa iniendi conuentionem super collectis.*
10 *Concludi per personas legitimas & non aliter concedunt Doct.*
11 *Et si nomine communitatis inita sit ab ea ratificari potest expresse & tacite, et ex quibus tacita resultat ratificatio.*
12 *Solutio particularium cum patientia, & tollerantia communitatis illi præiudicat.*
13 *Qui per annos 40. vniformiter singulo anno quid soluit in futurum astringi nequit vt in plus teneatur.*
14 *Idem si soluendo declarat nolle in plus grauari.*
15 *Hæc vera sunt quo ad duas communitates.*
16 *Immo decem annorum solutio sufficit vt soluens in futurum*

rum

rum ad plus ſoluere non cogantur.

17 *Promptiores ſumus ad liberandum quam ad obligandum.*

18 *Immunitatem à collectis tranſactione pactione q; ſuper illis Doct. noſtri prohibent poſſe concedi & fieri. & num. 19.*

20 *Et cum curſu annorum 60. ſoluens non poteſt ſe tueri.*

21 *Si prædia allibrata non comperiuntur ſuper ijs valet conuentio.*

22 *Tit. nullus ex defectu poteſtatis non præbet cauſam præſcribēdi ſecus ſi ſit ex defectu ſolēnitatis inhabilis. & nu. 23.*

24 *Ex libro æſtimi probatur quem collectas non ſoluiſſe.*

25 *Idem per teſtes etiam vniuerſitatis verificari poteſt.*

26 *Teſtes vniuerſitatis pro ea ſunt idonei, & num. 27.*

28 *Quod principaliter contingit conſiderantur non ſi in conſequentiam.*

29 *Liber exactoris probat quem ſoluiſſe, & econtra.*

30 *Negatiuam per inſpectionem librorum probat Doct. concedunt.*

32 *Huiuſcemodi libris creditur etiam ſine ſubſcriptione notarij, vſque ad num. 43.*

33 *Maior fides huiuſcemodi libris quam teſtibus adhibetur.*

34 *Scripturis ab electis perſonis annotatis creditur.*

38 *De conſuetudine ita ſeruatur etiam in libris exactorum.*

39 *Libro ciuitatum & Eccleſiarum à publica perſona conſcriptos fidem facere firmant noſtrates.*

42 *Libri argentariorum qui de publico eligebantur olim probabant.*

43 *Opi. Iaſ. quòd libri huiuſcemodi ſemiplene tantum probent non eſſe veram affirmamus.*

44 *Libri exactorum vniuerſitatis etiam contra forenſem probant ſecundum veriorem opi. vſque ad num. 53.*

45 *Ad Principem pertinet notarios creare qui extra territorium inſtrumenta recipiant, non ad communitatem qua huiuſcemodi caret poteſtate.*

46 *Forenſis ratione deſcriptionis bonorum ſuorum in æſtimo, & quia ibi colit. & metit prædia, ac fructibus colligit, dicitur contrahere cum communitate.*

Forenſium

47 Forensium bona capiuntur & distringuntur si collectas non soluunt.

49 Ratione quasi contractus, & rei sita dicitur forensis iurisdictionem illius iudicis prorogasse vt ibi conueniri valeat.

49 Ratio disceptetur inter forensem & exactorē super collectarum solutionibus extra territorium exactoris, & nu. 50.

51 Leges adaptantur ad ea qua frequenter accidunt.

52 Instrumentum quod recipit notarius inter forensem & alium in territorio notarij alibi probabit, & nu. 53.

54 Solutio continua trium annorū operatur vt soluens pro annis retro molestari non valeat si est reiterata, secus si vnica tantum est, tres solutiones continens, & num. 56.

55 Vera est hac opi. siue tributum collectasve, aut aliud debitum solutum repetunt.

57 Et in Ecclesiasticis personis verificari Doct. admittunt.

58 Soluens collectam pro vero Domino repetit ab eo. & nu. 59.


60 Nisi aliter conueniatur inter contrahentes, quod quo ad priuatos valet, non quo ad fiscum.

61 Consors pro consorte soluens ab eo repetit, colonus pro domino, etiam clerico repetit, immo Rem potest distringere, & num. 62. 63. 64.

65 Idem affirmatur in possidente rem iure pignoris, & in quolibet alio nomine alieno soluente, & nu. 66.

67 Vera hac sunt in publico officiali, qui soluit pro debitoribus culpa sui non exactis quem ab eis repetit.

Debitum contractum ab vniuersitate qualiter exigatur. Cap. I.

1 

EXTA occurrit† circa prædicta q. an ad debitū vniuersitatis quod sanatum non fuit tempore debito per exactorem, quilibet alius conueniri valeat. Bart in l. nequid. col. 1. versic. quæro quando. ff. de incen. rui. naufra. cui assentiunt Alex. & cæteri

teri in l.4.§.actor.ff.de re iud.decidit in pœnis quemlibet insolidum teneri,at in debito ciuili pro parte sua, vt atte statur ipse met in d.§.actor.vers.quęro an, Alex.num.14.
2 & Angel. si de reali agatur executione. At † si de personali,singulæ personæ non detiuentur, vt firmant Bar.& Bal.in l.1.§.quod si nemo.ff.quod cuius vni.nom.& Bal. in l.etiam.col.4. versic.modo restat. num.25. C. de execu.rei iud.nisi statuto, consuetudine, vel pacto aliter di-
3 spositum esse constaret: Quapropter † aduertendum esset cēsent patres nostri ad verba sindicatus, si simpliciter aut insolidum personæ se obligarint, Quia sindicus ean dem obligationem cum creditore vniuersitatis contraxit, quo fit vt q. ex contractus decidatur, vt dicunt in dicto §.actor,in dicto §.quod si nemo. Bart & Bald.& la-
4 tius Alex. in hac obligatione. Etiam † si vigore municipalis censuræ habeat sindicus potestatem personas particulares obligandi in contractu, illasque si non erant de ciuitate, aut vniuersitate tempore contractus initi non comprehendi attestatur Bald. in consil. 47. ad euidentiam,nu.3.in 3.tenentur tantummodo qui se obligauerunt, vel facultatem sindico tribuere, non quos vniuersitas obligaret, cum nullam potestatē ab eis habere censeatur nisi appareat,hæc ipse latius persequitur. Sin-
5 dicus iste†pręfectus pagorum,vel villarum nuncupatur. Alciat.in l.cui præcipua. in prin.ff.de verb.signif. Crede-
6 rem † in hac q.exactorem ad omnia damna ac expensas si culpa sui contingerent teneri, quando huiusmodi debitum illi soluen.destinatum fuit, per ea quæ sunt dicta supra q.3.num.30.

Quæro Septimo.Diximus supra vnumquēq; ad collectam cōpelli iuxta vires sui patrimonij,quia ita exactiones se habent.l.1. C.de quibus mu.se excus. lib.10. ibi à
7 summis sarcina ad infimos.An inter †vniuersitatē & particulares valeat pacisci minorē quātitatem solui, quam illorum sit rata bonorū,vt si conueniant cum aliquo de soluēdo quid certum singulo anno pro suis prędijs quæ

maiorem

8 maiorem summam important. Alias † vidi similes compositiones cum quibusdam hominibus per vniuersitatem initas. Quas vocant terras conuentionatas, quasi quod de corpore illius ciuitatis vel loci cū quo pactum est factæ sint. Soc. Iun. in consil. 49. num. 10. in 1. Et circa eas æditum comperio esse consilium à Crau. in consil. 3. in 1. in causa sua propria.

9 Pro cuius † decisione videtur dicen. hanc conuentionem nō tenere, si inita comperitur cum personis ratam bonorum suorum soluere consuetis pro indicto onere collectarum. Quia sicut ab ea immunitas ab illis oneribus in totum concedi valet, nisi iusta causa interueniente. vt infra in 4. par. discutiētur, ita nec in parte. l. vacuatis. ibiq; Bar. & Doct. C. de decurio, lib. 10. in l. 2. ff. de iure immuni. causam iustam considerant Doct. esse si is cum quo conuentum est litem habebat cum vniuersitate, vel erat forensis qui asserebat nō teneri vt considerat Castr.
10 in cons. 329. visis, in fi. in 1. Huiusmodi † conuentionem si per personas legitimas concludatur de iure validam
11 affirmat Castr. in citato consil. † Aut si ex post illius conclusionem nomine vniuersitatis initam, ipsa illam approbet vel solutiones secundum cōuentionem recipiat, quia ratificasse censetur, vt inquit Cor. in cons. 22. nu. 7.
12 in 1. Hæcq; † particularium solutio præiudicat vniuersitati, si patiatur huiusmodi onera solui eo modo, quia patientia & intolerantia illam astringit vt in futurum contradicere non valeat, vt affirmat Crau. in consil. 55. nu. 2. in 1. de vniuersitate exempta quæ tolerauit passaq; est à particularibus solui onera ex quorum solutione in futurum tenetur ad illarum solutionem.

13 Hæc † maxime vera sunt accedente ad solutionē prędictam præscriptione anno. 40. vniformiter iuxta cōuentionem factam. Quia si sunt tuti vt in futurum in plus grauari nequeant, Cor. in cons. 268. num. 20. 21. 22. in 4.
14 Idem † si expresse se nolle plus soluere declarārt soluendo singulo anno quid certum vniformiter pro collectis, quia

quia in plus non grauantur, teste Bar in consi. 59. commune Spoleti. col. 2. ver. quę autem, & Rom. in cons. 444. an dictum Castrum num. 4. versi. quinimo.

15 Amplia † ex mente Cor. hæc in citatis cōsilijs quo ad duas communitates, cū ex stipulatione notarij qui pro omnibus quorum interest stipulatur, vt communiter in omnibus contractibus reperire censeatur inita cum particularibus conuentio, agereque & se tueri vigore illius contractus possunt particulares.

16 Restringas † conclusionem de præscriptione, vt vera sit si per decennium quis onera singulo anno soluit vniformiter quid certum soluendo, quia in futurū grauari nō posse testatur Bal. in l. fi. col. fi. num. 9. versi. vnde si per libros. C. sine cens. vel. reliq. Deci. in consi. 285. nu. 2. in 1. Ias. in consi. 101. colum. fi. versi. 4. in 4 qui quamplura in proposito citat, quæ non referam, cum à quo piam possint circumspici. Crau. consi. 3. num. 7. Ratio vrgens cita

17 tur. Quia † si ad obligandum quempiam decennalis sufficit solutio vniformiter facta vt in futurum iste eandē met præstare compellatur. l. cum de in rem in verso. ff. de

*, vsu. l. si certis annis. C. de past. & communiter * recipitur teste Alex. in consi. 69. col. 2. versi. præterea, in 2. Quanto magis non est astringendus ad solutionem maioris summæ, quæ per decenniū vniformiter soluisse comperitur. Iuxta conuenta fauorabiliores simus ad liberandū, quā ad obligandum, vulgata. l. Arianus. ff. de act. & oblig. hoc argumento vtitur Cur. Iu. in consi. 177. num. 2.

18 Aduertendum † censeo ad q. de conuentione collectarum. Quia videtur reddi dubia. per ea quæ traduntur à Cur. Iu. in consi 60. num. 12. 13 qui asserere videtur immunitatem à collectis ab vniuersitate concessam nō valere nec in totum, nec in partem, minusq; super ea tran

19 sigi vel pacisci posse, & si laudum † ferratur non tenet nec approbari à partibus potest, earumque assensus in vim pacti quicquam operatur, ibiq; 30. homines illi immunitati consenserunt.

Nec

20 Nec ille † immunis se potest tueri quin soluant etiam si stetisset per 60. annos exemptus, vt ibi num. 14. 15. respondetque ad dicta Bar. in l. licitatio. §. earum. ff. de publi. quæ huic opi. contrariare videntur. Quarum responsionem ante eum citauit Alex. in consil. 30. col. 4. versic. præterea. in 2. eamque non referam, cum videri valeat.

21 Opi. primam † quam affirmat Cast. & Crau. vti veriorem sequor, quod ex causa iusta & legitima vniuersitas quem immunem facere valeat, & cum eo pacisci de soluendo quid certum singulo anno nomine collectæ, quãdo maxime terræ & prædia nõ erant descripta, nec is pro eis soluit collectam iuxta eorum ratam, pro vt alij soluunt, ita volunt ipsi, nec hoc inficiatur à Cur. Iu. nu. 13.

22 At si prædia † allibrata forent æstimo, & solitam collectam solueret, quicquam à communitate in præiudicium collectæ agi potest sine causa, de non libera intelligo. & franca communitate, vt loquitur Castr. ibi. Nec vi

23 gore † alicuius tituli præscribit ob defectum potestatis, at si à Principe vel ciuitate libera concederetur, vel paciscceretur cum illis, defectus vero aliquis circa solemnia interuenisset, is tamen si per tantum tempus soluisset vniformiter in futurũ tutus est ne in plus astringi valeat, ita citata per Cur. Iun. intelligenda sunt, vt is sentit num. 16. 17. respõdendo ad Bar. in d. l. licitatio. §. earum, cuius immunitatis materiam latius in 4. par. explicabimus, de illius probatione discutiamus aliqua.

24 Quærunt octauo † Doct. quomodo probabitur quem soluisse collectam & non soluisse, Quod sit aliquis debitor, satis constare dicitur ex libro æstimi in quo eius bona sunt descripta qui fidem facit inter ipsos, & commu-

25 nitatem, vt supra diximus in 1. par. Probatio † etiam per testes de iure videtur posse defendi, etiam quòd sint vniuersitatis, quia vtilitas ad communitates principaliter pertinet, licet in consequentiam illorum commodum resultet, quod vult, non considerare quominus integri & idonei reputentur, teste Alex. in cons. 68. col. 5. versic.

non

non obst.in 2.Et in conf.99.col.4. versi.secundo respondeo,in 2. Et in conf.136. col.5. versic. vlterius non obst. in 2.Ami.in conf.8.nu.25.in conf.25. num.7.8. Deci.in conf.342.num.4.in 2.Cur.Iun.in consi.61. nu.12. Rub. Alex.in consi.9 num.12.

26 Contrarium † asseuerat Archid. 12. q. 2. in summa, quod isti testes non reputentur integri, & idonei pro vniuersitate etiam quod commodum non spectat ad singularem personam,nisi cum illis iuncta sint alia,cui astipulatus est Alex.sibi contrarius in consi. 42. col.6. versicu. quia licet alias,in 4.Bart. in l.non tantum. §.vniuersitatis.ff.de rerum diuis.cum alijs citat. à Deci.in c.insuper. num.6.7.de test.

Primam opinionem veriorem esse arbitror, quam secutus est Alex.met in consi.citatis,& communem *asserit Ami.in conf.8.num.34.minusq; opi.Archid. vt infra apparebit obstabit.

27 Vide † non obst.obiectum de Archid. Quia Alexan.in citato consilio 68. & d.consi. 99. melius sentiendo dicit eius opinionem veram, quando aduersarius cõmunitatis pro se habebat vltra duos testes, alios testes quia numerus supplet fidem, alioquin putat ipsum male loqui, citat Abb.in c.insuper, de testi. Et confirmando opinionem hanc in citato consi. 99. affirmat illorum testimonium de iure esse validum, & iam quod de interesse ipsorum tractaretur. secundum Io.And. in add. ad Specu. in tit. de test. §. j. super verbo, Item quod in causa vniuersitatis, vt si super pascuis, aut nemoribus deponerent. Ex quibus aliquod percipiunt emolumentum, quia per hoc quod falsum dixerint, à iure non præsumitur, hoc idem asseruerat in citato consi. 136. Aliter respondet Ami.in consi.8.Archid.opin.veram esse quando testes principaliter commodum sentirent, vt si super pascuis,& nemoribus testificarentur,idem ante cum firmauit Bald.in consi. 168. casus hominis, in 2. At quia hæc solutio est contra dicta Alex, in consi. citatis, maxi-

me in dicto consi.42. vbi commodum ad vniuersitatem non ad singulos spectabat, ideo non satis facit. Nisi saluando dicas Alex. loqui, de minimo, Ami. vero de magno commodo, quicquid sit opi. Archi. communiter re-
28 probatur. Quia † verum est dicere quod d. testes sint ido nei & integri, licet commodum in consequentiam reportent, quod à iure licet non consideretur, sed quod principaliter contingit. l. si quis nec causam. l. rogasti. ibiq; Bald. & cęteri. ff. si cer. petatur. tamen non admitterentur, vel aliter dicas, quod quando simpliciter agitur de interesse vniuersitatis, admittuntur, ita procedant consi. Alex. citata in prima opin. non tamen sunt integri, ita intelligitur Archid. & erit fallen. vt tradit Deci. in d. cap. insuper, num. 7. & hoc modo nulla esset contrarietas in dictis Alex. secundum eum, quia citata in prima opi. intelliguntur quando non de particulari commodo illorum de vniuersitate tractatur. in 2. opin. quare non sint integri, licet tractetur simpliciter de interesse vniuersitatis, vt per Barto. in d. §. vniuersitatis, circa hoc Bald. in citato consi. 168. & in consi. 438. præmitten. nume. 3. in consi. 481. vertente, nume. 1. in 1. in consi. 420. verba Principis, nume. 6. in 1. & in consi. 445. qualiter probentur, in 2. nu. 9. sequitur Afflic. Decis. 400. nobilis vbi omnes. Dicunt quod si commodum principaliter respicit vniuersitatem & non singulos, tunc sunt idonei, si singulos vt super pascuis & nemoribus, non &
* dicit Bald. hanc esse opi. communem * secundum quam fuit decisum in consi. Neap. vt patet. in d. decis. 400. ideo opi. Arch. non est vera, vt patet ex supradictis, quam etiã non tenet Deci. in d. c. insuper, & Alex. in d. consi. 99. & Abb. in tract. de teste. in cap. quando testes repelluntur. col. fi. & dicit Deci. in d. c. insuper, num. 6. quod opi. communis est hæc, quod quando de particulari interesse trã ctatur testes vniuersitatis non admittuntur, secus si simpliciter de commodo vniuersitatis.
29 Aliam † probationem & faciliorem admittunt Docto res

res nostri per librum exactoris, quia cum de perscriptione bonorum in libro æstimi appareat, & quod sit in dicta collecta illiusq; debitores in quaderno exactoris pro tanta summa descriptos, si per libros illius constet eos non soluisse vtique fatendum est, esse debitores, negati-
30 uam † hanc ita probari attestatur. Bald. in d.l.placet. num.34.& in rub.C.de fide instru.col.fi.nu.43. versic.4.
31 supra citat tex. in l.census. ff.de probat. persona † enim exactoris est authoritate publica electa, consequens est vt illius libris fides adhibeatur, vt firmat Alexan.in consilio 136.col.2.versic. Item etiam de solutionibus, in 2. Et eod.vol.in consi.185.col.2.versicu.nec etiam, & licet infra versi.sequenti. dicat Bal.in l Imperator. ff.de statu
32 homi.firmasse, ita † demum illis libris fidem adhibendam esse, si à notario subscripti sint & non aliter, illius opi. non est vera vt infra apparebit, & contrarium ipsemet affirmat in l.fi. num.9. versic.vnde. C.sine cens. vel
33 reliq Et † Cur.Iun.in consi.106. nu.5. asserit maiorem
* fidem illis adhiberi quam testibus, & ita cōmuniter *recipi à Doct.firmat.Ang.in §.coges. in authen. de manda. prin.Deci.in consi.285.nume.7. in 2.huic opi. adhæret. Cor.in consi.333.nume.34.in 1.Ami. in consi. 101. nume.32.33. asserit Bar. & Doct communiter ita firmasse
34 in l.quædam.§.nummularios.ff.de eden.Fortius†& ij attestantur credendū esse scripturis notatis ab illis qui publice ad exigendum collectas eliguntur, quam opi. Cor.
35 in citato consi. comprobauit, & ita † de consuetudine seruatur. Dec.in cons.496.num.8.in 3. hanc opin. sectatur, citat Bal in l.Titiæ textores. ff.de leg.1. & approbat idem Bal.in l iustum.ff.si cer.pet.
36 Huic†opi.Bal.in l.Imperator.ff.de sta.ho. aduersari vr̃ vt huiuscemodi libris exactorū fides nō sit adhibēda, nisi à noterio subscripti cōperiāt̃, & eandē opi.improbauit Alex.in cōs.68.col.5.ver.nō obst.in 2. vt libri isti nō probent, sed dūtaxat adminiculentur, & opi.Bal.firmat. Idē Alex.in consi.185.col.2.vers.Vnde dr̃, in 2.supra citato.

37 Quibus † obiectis non obstan. opi.prim communem veriorem esse existimo, quod hisce libris à notario non subscriptis plena fides adhibenda sit. Quam firmant Io. Platea.in l.apparitores. per illum text. C. de exact. trib. Ami.in cons. 101. nume. 33. qui asserit hoc de generali
38 consuetudine † seruari, quam opin. affirmauit Alex. in d.l.quædam. §.nummularios. in 2.not. & arguit contra decis.Bal.in d.l.Imperator.& asseruit in consi.187 nu.2.
39 in 7.quod libris † ciuitatum, Ecclesiarum, & similium datur plena fides, si à publico officiali authoritate publica electo conficitur, & conseruatur in loco publico. Nō obst.decis.Bal.in d.l.Imperator, quæ fundata videtur in l.2. C.de conu. fisci. debit. lib. 10. Quia ad hunc text.respondet Bart.ibi,& declarat Alex. & Ias.in d §.nummularios. quorum responsio cum videri à quopiam valeat eam non referam.

40 Non obst. †quæ citat ipse Alex.in citato cōsi.68.quia loquitur in forense contra quem extra territorium liber non probat,sed adminiculum facit, & an hoc sit verum statim dicetur.

Non obst.citata in d.cons.185. Quia in eo in ver. nec etiam videtur hanc opin. firmare, quia si in casu illo posset apparere,librum manu officialis scriptum, nō negat quin fides adhiberetur,& licet in sequenti versic. vnde dicit Bal.citet Bal. tenere fidem non adhibendam deficiente subscriptione notarij, hoc dictum videtur in di-
41 scursu verborum,non quod illam opi. affirmet †cum in citatis consilijs supra cōtrarium clare affirmauerit, quæ opi.communiter à Doctoribus recepta est, & quam fir-
42 masse videtur Bart.in d.§.nummularios. vbi †qua ratione argentariorum, nummulariorumve libri olim plene probabant, quia de publico colligebantur,ea ratione libri officialium authoritate publica constitutorum pro-
43 bant plene.Ex qua†conclusione infertur, Ias. ibi (Iudicio meo) errasse, concludentem huiuscemodi libros semiplene duntaxat probare, cuius contrarium is met affirmauit

firmauit in l admonendi. in rep. colum. 44. versi. 3. principali casu. ff. de iureiur.

44 Et ex † istis ad limit. infertur huiuscemodi libros cõtra forensem non probare, sed duntaxat inter subditos, vt videtur firmasse Alex. in d. consi. 68. col. 5. in versi. accedunt, in 2. adminiculantur tantum, non quod plenam faciant probationem. Confirmatur, quia sicut notarius à communitate creatus instrumenta extra territorium stipulari nequit, cum ad solum Principem spectet, vt per plura firmat Ias. in consi. 168. col 7. in 4. ita nec eligent officialem cuius liber probet contra non subditum.

45 Contrarium † de iure verius esse arbitror quod huiuscemodi libris etiam contra forensem plena fides adhibeatur. cum firmare hanc cõclusionem videatur Alex. in d. consi. 136 colum. 2. si per vniuersitatem contra forensem agatur ad solutionem collectarum, probatur (inquit Alexan.) earum solutio per librum exactoris auctoritate publica electi, illamque approbare comperimus. Cor. in consi. 333. nume. 34. in 1. inter duas vniuersitates scilicet campli, & citadellæ, inter quas pro solutione collectarum erat orta disceptatio, asseruit librum exactoris campli plene probare contra vniuersitatem citadellæ. Et clarior ista opi. cuipiam esse videbitur, si obiecta remoueantur pro quorum solutione. Considero

46 quod † forensis ratione bonorum perscriptorũ in æstimo, & quia ibi possidet prædia, colit, metit, & fructus eorum colligit videtur cum vniuersitate contraxisse, sibi obligasse ad soluendum ibidem collectas, vt supra diximus in 2. limi. 2. par. quæst. 8. num. 49. ideo ratione huiuscemodi quasi contractus semper in territorio exactoris conueniri potest, quia forum videtur sortiri tam causa contractus, quam rei sitæ illis oneribus obnoxiæ com muni iure. l. Imperatores ff. de pub. cum alijs, quæ supra citauimus in 2. par. 8. quæst. limit. 2. num 2.

47. Considero etiam † quod forense non soluente collectas, Exactor habet paratam exactionẽ quia bona illius

capiet,eaque subhastabit vt supra diximus in 3.parte,in prin.num.2.& distringet secundum Imol.in c.postulasti. versi.sed si post,de foro compe.& supra dictum est.

48 Quibus † pro veris præsuppositis ad obiecta apparet clara responsio, nam nunquam,vel nemo potest contingere descriptionem inter exactorem , & forensem oriri ratione solutionis collectarum, nisi in loco exactoris, in
49 quo † videtur forensis iurisdictionem prorogasse ratione quasi cõtractus & rei sitæ,iuxta no. in l.hæres absens. §.proinde.in fi.ibiq; glo.in verbo,debebit. ff.de iud. not. Dec.cons.464.si quæritur.Spe.in tit.de comp. iudi. add. §.1.ergo liber plene probabit, quia sumus intra territorium nón extra , & dicere potest extra territorium con-
50 ueniri,& fidem non faceret. Dico † hoc etiam possibile,sed à iure non considerabile, quia non esset ita fatuus exactor, qui potest bona subhastare, eaq; distringere in suo territorio , extra territorium forensem conuenire.
51 leges † enim ad ea quæ frequentius accidunt adaptantur,non ad ea quæ de raro.l.nam ad ea.ff.de legi. Quapropter cessat ratio vniuersitatem constituendi notariũ authoritatem non habere, vt is extra territorium instrumenta recipiat, quia fateor, at intra territorium illam authoritatem habere dicitur, sicut sibi vendicarit facultatem vt intra id exactoris libris credatur.

52 Rursus † quid si forensis contrahat cum subdito in territorio subditi,illumq; contractum recipiat notarius publicus per instrumentum , non ne id extra forensem probabit vbique,quis ergo dubitet cur non probabit liber exactoris collectarum contra forensem alibi , quam in loco collectæ indictæ, si forensis tam ratione descriptionis bonorum suorum in æstimo , de qua supra diximus in 2.par.8.q.limi. idest nu.47. quam consuetudinis totius Italiæ,& quasi contractus initi cum communitate cum qua videtur contraxisse, & se obligasse ad soluen
53 dum ibi collectas,non video. Si † notarius reciperet instrumentum extra territorium inter subditum & foren

sem,

ſem, fateor ipſum Carere authoritate, cum communitas illam non habeat, ſed ſolus Princeps, vt dixi. Non obſt. citata per Alex. in d.conſi.68. quia eius opi.non videtur vera, & melius conſiderauit in d.conſ.136. cuius opinioni aſſenſit Corn.in citato conſi.333. & verior apparet ex ſolutionibus ad obiecta ſupra datis.

54 Circa † prædicta dubitari contingit de illo qui per annos tres continuos collectas ſoluit, an pro alijs annis retro ſoluiſſe præſumatur. Bar.in l.quicunque. C.de appo.publi.hoc per illum tex. affirmaſſe dicitur. Et ita de facto obtinuiſſe aſſerit exaltando vocem ſuam ibi And. de Barul.per d.l.in cenſu emphyteotico. Specu.in titu.de loca.col.27.§.nunc aliqua ex ſingulorum. Accurſ.in l.2. C.de iure emphy.in verbo repellere, per cuius opi. Saly. dixit ſe de facto obtinuiſſe. colum.2. illamque l.mirabilem vocat ibi Bar.Et dictum Accurſ. aureum clamat eſſe Bal.in c.literæ, de dilat.in fi.Anch. in c potuit. col.44.illumque omnes in iure ſectari. in d.l.2. vt atteſtatur ibi Iaſ. num. 135. cui opin. adhæſit Steph. Aufr. deciſ.235. Item fuit quæſitum, Curt.Iunior. conſi.97. nume.5. Ex Alex.in d.l.quicunque.

55 Nec † obijciatur d.l.quicunque in tributo loqui, vt inquit Accurſ. in citata l.2. Quia idem in quocunque alio ſimplici debito iudicatur. Et in debito collectarum affirmat Bald.in d.c.literæ, & Iaſ.in d.l.2. nume.137. eo maxime non collecta loco tributi hodie ſit ſuffecta, vt ſupra diximus, in j.parte, in princ. nume. 8. Et hæc vera ſunt iuris præſumptione, niſi contrarium probetur per partem aduerſam cui hoc onus incumbit, vt colligitur ex not.per Doct.ſupra.

56 Limitant primo patres † noſtri non eſſe plane veram qn̄ reperitur quem ſemel ſoluiſſe pro tribus annis vltimis, quia hæc vnica ſolutio non releuat ſoluentē quominus pro alijs annis retro cōueniri valeat. Alex. in d.l.quicunque.requiruntur enim actus reiterari, alioquin ſoluenti non prodeſt. Cy.& Bal.in l.2. C.de dot. promiſ.

57 Limitant secundo † etiam Doct. non esse veram in ecclesiasticis personis, quia anni duo sufficere videntur, vt testatur Host. in sum. in tit. de loc. in versi. 27. Hæc limi. improbatur à Io. And. in add. ad Specu. in d. versic. 27. in tit. de loc. §. nunc aliqua, rationibus per eum citatis. cui assentit Ias. in d. l. 2. nume. 136. vt siue de secularibus, siue de ecclesiasticis personis tractemus dictum Accur. in d. l. 2. pro vero affirmandum sit.

58 Quid si collecta † per alium soluatur, quã per descriptum in æstimo, illius tamẽ nomine an illi prosit, & soluens ab eo repetere solutum valeat. Bal. in l. 2. C. pro soc. firmat non referre à quo soluatur, quia soluenti contra verum debitorem à iure repetitio conceditur. finge ven-
59 ditorem † prædij descriptum id vendidisse, pro emptore quæ soluisse collectos, nam repetit ab eo. Idẽ in quocunque alio qui soluit collectas pro tertio, vt ibi clamat Bal. l. illam memoriæ mandari quod in l. si negocium. C. de neg. gest. attestatus est, & in l. omnes, vbi etiam Bar.
60 C. sine cens. vel reliq. nisi aliter † conuentum foret inter contrahentes, quia quo ad eos seruatur, nõ quo ad fiscũ in cuius præiudicium nulla pactio valet de iure, vt in 2. nota. ipse Bal. ibi annotat, & Bar. in l. fi. C. de præd. &
61 alijs rebus. lib. 11. Et † in consorte qui pro alio soluit, tradit Bal. in l. 1. colum. 2. versi. Item si sunt. C. de hæred.
62 & act. vend. In colono † simplici pro domino soluente qui retinet tot de fructibus. Testatur Bald. in l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro soc. in 2. not. hoc idem esse firmat in colono clericorum. in l. 1. col. 1. versicu. sexto in
63 munere. C. de iure emphyt. Fortius † & rem vendere à iure conceditur pro solutione earum. Bald. in auth. Sed periculum, in fi. C. sine cens. vel reliq.

64 Idem statuunt † Doct. esse in creditore rem pignoris loco possidente. l. in summa. Ibique Bald. C. de pignor. tex. est ad literam in l. fi. in verbo, omnes, & Bal. in 3. not. C. sine cens. vel reliq. l. inter debitorẽ. cum Bar. ff. de pact. Bal. in l. cum notissimi. col. 2. versicu. ex pijs, numero 2.

C. de

65 C.de præscrip.30.anno. Et in quo visi † alio rem alieno nomine detinente hoc sibi vendicat vt repetat quod pro illo soluit.Alex.in consi.34.col.4.versi. cum quo minus.

66 in 7. Ideo † curet descriptus in alienatione rei sit idoneus alienator, cumq; in æstimo annotari,alias semper conueniretur ad collectas, vt explicauimus supra in 2. par.in 3.q.in l.limi.num.38.39.

67 Hanc † opi.de repetente verificari in officiali publico qui soluit pro debitoribus sui negligentia non exactis, affirmant Doct.nostri Bar.& Ang.in l.missi opinatores. C.de exact.trib.lib.10.

Ex ijs finis impositus sit tertię parti ad quartã nũc discẽdamus de immunitate à collectis, quam in duo mẽbra diuidemus.primum erit,quid de cõmuni iure.secundum, quid de priuilegiatis per concessionem hominis.

PARS QVARTA, DE COLLECTIS.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia à collectis immunis est, illisq; onus aliquod imponentes mulctantur, & qua pœna. Hanc immunitatem ad bona patrimonialia extendunt nostrates. 2.3.*

4 *Etiam si bona prædicta essent in æstimo descripta laicorum & collectæ prius soluebantur.*

6 *Bona allibrata laicorum æstimo si post in Ecclesiam peruenere ab æstimo releuantur.*

6 *Consuetudine induci nequit vt Ecclesia subeat collectas,minusq; solutio spontanea afficit eam.*

7 *Immunitatem hanc extendunt patres nostri ad clericos primæ tonsuræ si habitum & tonsuram deferunt.*

Et

8 *Et ad oblatos Ecclesiæ cum suis bonis.*
9 *Excluduntur fratres tertij ordinis minorum.*
10 *Huiusmodi fratres non sunt personæ ecclesiasticæ.*
11 *Duntaxat normam viuendi habent & eorum habitus est in apparentia. & num.12.*
13 *Item milites gaudentes, non gaudent immunitate tota, nisi indultum habeant à summo Pontifice. & num. 14.*
15 *Quod Ecclesia ad onera quæ pro reparatione murorum ciuitatis viarum & pontium compellatur verior est opi. affirmatiua necessitatis & vtilitatis causa.*
16 *Idem pro plaustris, & curribus qui transeunt portas.*
17 *Pro reparatione putei viciniæ.*
18 *Pro salario custodum ciuitatis. & num.19.*
20 *Et pro ageribus fluminum reparandis, & pro euitandis incursionibus hostium, si ab episcopo indicitur collecta. & num.21.22.23.24.*
25 *Et vbicunq; necessitas vrget, & cõis vertitur vtilitas, quia hostes inuadunt territoria ecclesiæ, vbi prædia possidet, equum est vt cogat, vocato clero eius. & num, 26. & 27.*
28 *Idem si laicorum facultates sunt diminutæ, ecclesiæ verò auctæ. & num.29.*
30 *Ad hanc collectam cõpellũtur clerici pro soluẽdis militibus qui de die nocteq; ciuitatẽ custodiunt, non aũt si pro stipẽdiatis indiceretur qui ciuitate defendunt. & nu.31.32.*
33 *Lex ad instructiones. C. de sacrosan. eccl. non est correcta.*
34 *Legum correctionem euitant Doct & leges. & 35.*
36 *Muri ciuitatis sunt omnium tutela.*
37 *Ecclesia ad illa onera quæ de iure compelli põt per episcopũ loci cogenda est, non per secularẽ ad illorum solutionem.*
38 *Qui habet commodum incommodum debet subire.*
39 *Duæ rationes vni tantum præponderant, maximè quando sunt maiores & fortiores. & num.40.*
41 *Persona cunctis rebus anteferenda est.*
42 *Ecclesia cum aliena Iactura ditari à Iure prohibetur.*
43 *Ecclesiam cultricem Iustitiæ Iura nuncupant. & 44.*
45 *Non cogitur ecclesia ad reparationem viarum & pontium,*

si vnus

si vnus loci pedagia exigit, quod extendimus ad quascunque personas.

46 *Ecclesia tenetur ad onera indicta per statuta laicorum, si mandauit ea in foro suo obseruari.*

47 *Statutū quod Ecclesia ad onera teneaт & collectas, Valet.*

48 *Si ecclesia grauaretur causatiue & non directè ad onus aliquod tenetur, & quando, & quæ sint hæc onera. & 49.*

59 *Ecclesia non tenetur ad collectas pro bonis quæ in ipsa transiere, etiam quod prius illas soluerent ratione descriptionis in æstimo laicorum.*

51 *Bona transeunt cum suo onere suaq; causa.*

52 *Ad onera extraordinaria non compellitur ecclesia.*

53 *Bona semel allibrata in æstimo laicorū, pro quibus soluebātur collectæ, ab illo æstimo eximūtur post quā ad ecclesiā peruenere, vt pro futuris collectis nō cōpellāt, sed præteritis.*

54 *Ad tributum & censum compellitur ecclesia.*

Ecclesiæ an & pro quibus bonis collectari possint. Cap. I.

1 DE Iure † cōmuni, ecclesiā à collectis quæ per æs & librā indicuntur immunes per constitutionem Federici Imperatoris sancitum est. &
2 † cōtrafacientes ad triplum mulctantur, Bannoq; Imperiali subijciūtur in auth. item nulla cōmunitas. C. de epis. & cleri. vbi Bar. & Doct. & idem affirmat Bar. in l. de ijs. C de episcop. & cleri. clarus est tex. in c. non minus, Ibique cano. omnes. de immu. Eccles. Bar. in l. vnica. C. de mul. & in quo loc. lib. 10. colum. 4. ver. Item quæro vtrum collecta, in l. vlti trib. ff. de mun. & hono. in l. qui immunitatem. C. de mun. patr. lib. 10 in l. fi. C. de exact. eo. lib. Bal. in d. l. placet. col. 3. num. 21. ver. de clericis. in l. fi. C. fine cen. vel reliq. col. 3. num. 6. versi. Sed hic dubitatur in lege neminem. C. de sacrosan. Eccl. Alex. in cōs. 68. col. 1.

col.1.in 2.Dec.in consi. 285.num. 4.in 2. Grat.in consi. 206.num.4.in.1.Cur.Iu.in consi.42.num.3.Calc.in con
* si.7.col.5.num.12. Et cum hæc opin.ab omnibus * recipiatur.de ea non est hæsitandum.

3 Illam ampliant† Doc.etiam quod bona patrimonialia clericorum illis relicta,est tex.clarus in c.quanquam, de cens. in glos. ibi, ac res ipsorum, Clem. præsenti.eod. Tit.ibi, rebus proprijs, ibique gloss. Et attestatur Abb. in c.fi.de vit. & honest. cleri. in 3.no.super glos num.12. at Specul.in Tit.de cleri.coniug.§.1. versicu. huiusmodi, tribus opi. recitatis videtur in hac residere, Io. de lig.& Ant.de Butr.in d.c.fi. pro vera illam admiserunt, & dicit Butri.se de facto respondisse.cum qua.Imo. ibi num. 16.videtur pertransire, firmat Fely.in c.Ecclesia Sanctæ Mariæ.colum.3.num.2.versi.Adde de const.Et expresse. Bar.attestatur in consi.180.si aliqua possessio & Alexan. in l.Titio.ff.ad munici.pro qua consuluit Ami. in consi. 146.quamplura congerens,& Castr.in consi.423.Ex puncto,col.fi.nu 4.in 2.

4 Quam † maxime verum esse admittunt citati patres etiam quod clericorum bona prius catastro forent æstimata, pro quibus consueuere laici collectas soluere. Quia prædictas collectas soluent non futuras,imo

5 † ab æstimo eximuntur postquam ad clericos peruenere,vt à patribus vtriusque censuræ communiter recipi testantur Abb.in consi.53.succinte.in 1. Minusq;

6 † soluit sponte facta per certum tempus illls nocet, cum nulla cõsuetudine induci possit contrarium, vt fisco opi tuletur. vt inquit Parpal.in d.l.placet. num.72. C.de sacrosan.eccl.Hanc

7 † conclusionem extendimus duntaxat ad clericos qui habitum & tonsuram deferunt.Et ad cõiuratos, qui mattimonio soluto ordines minores assumunt,vt testatur ibi Parp.num.20.& 23.

8 Ad oblatos † Ecclesiæ cum bonis suis opi. prædictam extendimus,cum eo gaudeant priuilegio, Bar.in auth.ingressi.col.2.num.4.versi.sed quæro.C.de sacrosan. Eccle. Abb.in citato consi.53. Ang.in cõsi.24.vt ad futura non

conueniatur,

conueniatur, teste Bart.in citato consil.180. & Castr.in dicto consil.423.

9 Hanc † opi. veram esse in fratribus sancti Francisci tertij ordinis testatur Bart.in l.semper. ff. de iure immu.§. quibusdam, dummodo in fraudem habitum non assumant quam secutus est Abb.in c.vnico,de oblig.ad ratio. nu.6.versic.hoc putat Bar.Philip. Franc.in c.j.de immu. eccl.in 6.pro ea consuluit Ami.in d.cons.146.nu.2. Bal. in cons.272.super eo quæritur,in 1. putat citatas personas. Ex quo sunt Ecclesiasticæ, à collectis eximi. clarius in cons.60. quædam soror,in 5.

10 Istam ampliationem † non veram esse existimamus. Quia negamus illos fratres esse personas ecclesiasticas. Quinimo glos.in clem.cum ex eo.de sent.excom.& Bar.

11 in l.1.in fi.prin.de pœn.firmant. Quod † regula eorum non efficit illos clericos, nec religiosos, sed normam viuendi tribuit habent enim accidentalia sine subiecto illorum, quia habitus est quædam apparentia in habitu

12 potiusquam essentia. ideo † Ecclesiasticas personas non esse affirmant expresse Bal.in l.officiales. in fi.C.de epis. & cler.Abb.in c.cum & plantare,nu.4 de priuil. vbi non sunt planè translati in Ecclesiam,& viuunt in coniugio. Bal.in Auth.nisi rogati. C.ad Treb. in fi. Rom.in consil. 367.circa prin.nu.14.Et quod à collectis non eximātur. Bal.in d.l.placet,col.4.num.22.ver.sed quid de fratribus testatus est,& Ang.in cons.218.visa narratione,colum.j. qui plura citat in ijs terminis. & Corn.in consil.205. in

13 primo, Et † hoc nisi à summo Pontifice indultum habeant, vt Ecclesiæ priuilegijs gaudeant. & hanc veriorem * esse opin. iudicamus, ex citatis pèr Ang.& Corn.

14 Idem † dicimus de militibus gaudentibus vt loquuntur Doctores supra citati, nec verā esse putamus distin. Bal. in d.consil.60. per rationes citatas ab ipsomet Bal.Bart. Ang.Rom.& Corn. in locis allegatis.

15 Limitant † opin. hanc Iac. de Aren. & Iac.Butrig. in l.ad instructionē.C.de sacrosan.eccl. in reparatione mu-

rorum

rorum ciuitatis,pontium,& viarum, quia si pro istis collecta indicitur immunitatem non consequuntur nisi necessitas immineat.Bald.in d.l.ad instructionē, & quo ad mœnia firmat Guid.Pap.q.78. an Ecclesia. nam nullus, siue nobilis, siue miles aliusque qui priuilegio suffultus est,etiā Pontifex excusatur.vt idem latissimè firmat q.7.
16 habentes.Idem † si pro plaustris & curribus quiper por
17 tas ciuitatis pertranseunt. & † in reparatione putei viciniæ.si prædia possidet Ecclesia,aliàs non, vt ibi Bal.firmat,& Alex.in cons.68.col.5.vers.præterea,in 2. Ami.in
18 citato cons.146. nu.1.qui idem † indicat in salario custodum terrarum. Quod videntur velle imo Hostien.& Anch.in c.non minus. de immu.Eccles.in qua opin.fuit Abb.ibi,num.18.col.5.tradit Anch.ibi generalem doctri
19 nam. Quod † quando de vtilitate clericorum & laicorū simul tractetur, clerici ad collectas indictas compellun
20 tur.Hanc † vtilitatem imminere iudicat,si pro ageribus fluminum,quorū aquę incidant prędia,ne emergantur, indicatur collecta. Idem si pro euitandis ostium incursionibus & similibus. Bart.in l fi.C.de curs.publ.lib.12.
21 Et hoc † si ab episcopo, & non sęcularibus collecta indicatur,vt citati Doct.attestantur,& asserit Bald.in consil.312.si de iure.num.3.in 3. Cępol.in tract.de ser.rust, præd.in Tit.de seru.viæ.num.47 Ias.in d.l.placet.nu.14.
22 C de sacrosan.eccles.Contra hanc † limit.videtur tex.in d.c.non minus. l.qui loquitur in fossis & custodia ciuitatis, vbi communis vertitur vtilitas, tam clericorum, quam laicorum,& decidit tex.clericos non grauari onere collectæ.

23 Secundo † citatur Auth.Item nullas communitas.C, de epis.& cler.quę omnes collectas,angarias,& perangarias ecclesijs indici prohibet.

24 Tertio † Accur.& Bart.in d.l.ad instructionem, hanc opin.pro vera attestantur. licet in l.fin. C de quibus an. lib.10. Accur.loquatur per verbum, forte, circa muros. & Ioan.And.in d c.non minus. super gl. Host.in sum.de immu.

immu.Eccl.§.quibus,versic.extraordinaria,Abb.in consil.3.quidam potens.in 1.hanc affirmat. super qua multa effundens verba Abb.in d.c.non minus.obiecta remouendo asserit se pro hac opi.cōsuluisse, quod consilium
25 citauimus,videtur tamen resìdere. Quod † si vtilitas & necessitas principaliter & non à remotis vtilitatem ecclesiæ & laicorum cōcernit, vt si hostes territorium inuadunt, idque depopulantur, in quo ecclesia possidet prædia, ipsam ad onus teneri æquum est vocato clero vnanimiter, qui si renuit, per episcopum loci cogendus
26 est.Contra †quam Ecclesiam executio per diœcesanum demandatur, vt attestati sunt Bald, in d.l.ad instructionem,& Cast.in cons.423.col.3.versic.quædam aliæ.in 2.
27 Cor.in cons.72.num.16.in 4. secus si † indicitur pro refectione murorum, viarum, & fossarum, quia non obligantur, nisi laicorum facultates non suppetant. Quia tunc summus Pontifex cōsulendus est, vt inquit Abb.Et
28 confirmat Castr.in citato consil.Hæc opera†sunt publica, ad quæ non tenetur ecclesia nisi necessitatis causa, & clericorum facultates crescerent, laicorū vero diminuerentur, prædia tūc clericorū obnoxia collectis affici possunt per laicos, cuius opi.adhæret Crau de antiq.tēp.in 4.par.sectio.6.nu.9. qui plura citat quæ videri possunt.
Ex quibus infertur Bar.in l.fin.C.de cur.publ.lib.12.
29 recte sensisse † cum ibi collecta indicebatur pro dando hostibus territorium depredantibus, vt ab eo recedant idem esse iudicat Castr.in cons.423. Ex puncto,colum.
30 fin, num.4. in 2. si pro † soluendis militibus conductis pro custodia ciuitatis,tam de nocte,quam de die, cum à
31 murorum vigilijs non eximantur.Quod secus † esset in stipendiatis pro defensione ciuitatis,& comitatus, quia non vertitur vtilitas , & necessitas illorum , vt is latius prosequitur citando Bald,in quodam consilio, qui huic opin.obstare videbatur,illiq; respondet. Quam opin.approbat Cor.in cons.72. in 4. In hac varietate opin.dice-
32 rem , Ecclesiam † non esse immunem à refectione viarum

rum & pontium. per d.l.ad instructiones. C. de sacrosan. eccles. ibique glos. Bald. Castr. & cęteri, quam opin. firmarunt Bald. & Anch. in consilijs infra citandis, & testantur Ias. & alij pro affirmatiua parte supra citati. & Felyn. expresse in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit.
33 num. 144. Non † obst. quod d.l. ad instructiones sit hodie correcta per auth. Item nulla communitas, vt videntur firmasse ibi Bart. & Castr. in citato consil. 423. Quia non est verum, & contrarium affirmauit Inn. in c. non minus. de immu. eccles. Bald. in d.l. ad instructiones. & Alb. de Ros. qui attestatur se communiter * hoc vidisse obseruari nec Castr. in d. cons. 423. affirmat hanc correctionem, nisi ita demum si clerici de directo compellerentur ad solutionem collectæ, secus si per indirectum. Quæ opin. non videtur tuta, cum sit nimis generalis excludens necessitatis casum, & vtilitatis cōmunis, etiam
34 clericorum. Et propterea † correctionem in quantum possumus euitari iubet nobis. l. præcipimus. in fine. C. de appel. vt dicamus quo ad pontes & vias ecclesias teneri. per dicta l. ad instructiones, quo ad alia onera non d. auth. Item nulla communitas, quapropter idem indicari censemus, quo ad consttuctionem murorum ciuitatis illorum quæ refectionem vrgente necessitate, & quia
35 † principaliter vertitur vtilitas clericorum, cum bona, & propriam personam intra mœnia conseruent, & à furibus latronibus, ac repentino hostium incursu tueantur, ergo ea iuris esse debet dispositio, non video cur magis compellantur ad collectas indictas ratione incursus hostium territorium depredantium, vt ab eo remoueantur, secundum Abb. Castr. & sequaces, quam ad indictas
36 pro muris ciuitatis reparandis, pontibus, & vijs cū † muri sint omnium tutela, vt firmat Bal. in cons. 312. si de iure, in 3. æquū est ergo vt contribuant, non si ad ornatum vel pōpam struerentur. Et attestatur ipsemet Bal. in con-
37 sil. 246. in antiqua. in 3. vt per † episcopum compellantur ad similes collectas, quia incolumitati ecclesiæ & publicæ

publicæ vtilitati prouidetur. Non videtur ergo incongruum si per l.ad portus.C.de operi.publi. sancitum est, quempiam etiam priuilegio dignitatis honoratum ab instaurationibus murorum ciuitatis non eximi, & Accur. ibi dicit esse speciale. Et citat d.l.ad instructiones quasi quod illud sit speciale quod ecclesia teneatur, hoc idem firmatur in l.fi.C.de quibus mu.lic.se excus.lib.10. ibi hoc excusatione cessante. Quod aduertere videtur Corn in consil.72. num.16. per rationes, idem ius censeri vbi ea est ratio. rursus, cur magis cogitur ecclesia pro collectis indictis pro expensis in petendo animalia, in custodiendis fructibus, in solutione salarij medici ab vniuersitate conducti. vt attestatur Castr.in citato consil. 423. col.2. versic. breuiter. nisi quia sentit commodum & vtilitatem, sed vbi sentit minorem quam pro constructione, ac reparatione murorũ ciuitatis, qui sunt omnium tutela, & tuentur bona ac persona clericorum à furibus, & latronibus, & hostibus, qui enim cõmodum & vtilitatem sentiant maiorem quis dubitat? ergo onus debent supportare.l.secundum naturam. ff.de reg. iur.itidẽ de pontibus, & vijs, vrgente necessitate ratione citata indicandum est, ob vtilitatem cõem quam sentiũt clerici in conducendo fructus, res & bona sua, & per iti-
38 nera æquitando, & eundo. Nec obijciatur †quod onera sunt publica, ad quarum impensas cogi non possunt, vt Castr.& alij supra citati videntur affirmare. Quia dico hanc rationem non esse considerandam vrgẽte necessi-
39 tate, & vtilitate cõmuni vertente. Quia †istæ duæ rationes præponderant publicis operibus, cum sint plures & fortiores magis stringunt quam simplex ratio in cõtrarium citata cũ duplex vinculũ magis liget.c.1. de treug. & pac.in §.sed hodie, inst.de adop. rursus ratione istæ necessitatis, & communis vtilitatis. Et proprie clericorum præferri debent rationem vtilitatis publicæ, quæ est vnica & parua respectu rationis vtilitatis clericorum, & cõmodi, ergo præferendæ sunt. l.1. §. sunt autem qui pu-

tant. ff.ne quid in flumi. publi. & decidit Iaſ. in l.1. nu-
40 me.39.ff.ſolu.matri. Quis † dubitat quod ratio proprij commodi & vtilitatis & neceſſitatis eſt fortior, & maior, maxime cum agatur nedum de conſeruandis bonis intra męnia ciuitatis vbi degunt clerici, verum & perſona propria. Et ſi pro impenſis quæ circa res erogantur collecta indicitur, vt fatentur Abb. & Caſtr. in locis ſupra citatis, multo magis pro tuenda perſona, quæ eſt cunctis rebus præferenda. l.ſancimus, in fine. C.de
41 ſacroſan. eccleſ. quapropter † dignum eſt vt qui ſimilem cum alijs vitam ſuſcipiunt ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam, vt in hoc propoſito citat Anch.in conſ. 96.ſuper dicto dubio. Reſultaret enim abſurdum ſi ali-
42 ter diceremus. Quoniam † eccleſia cum aliena iactura ditaretur ſi eximeretur ab iſtis oneribus quæ vtilitatem eius reſpiciunt, quod à iure non præſumitur, cum ſit iuſtitiæ cultrix, & aliquid ſe nolle fieri contra iuris diſpoſitionem. cap.1.§.ſi diuerſum, in tit.de alien. feud. Socin. Iun.in conſi.189.numero 109. in 2. hancq́ue rationem neceſſitatis & communis vtilitatis conſiderauit Iaſ. in d.l.placet, numero 14. & alij citati pro pri. opin. quam
43 † veram eſſe putamus iſtis duobus rationibus exiſtentibus, quibus deficientibus, ſecunda opin. ſupra citata verificetur, dummodo per epiſcopum loci compellantur ad ſolutionem collectæ, & non per Principem ſecularem, vt atteſtantur Doctores hanc opin. firmantes, & Marſ.in pract.crimi.§.aggredior.num.63.vbi dicit, quod gratia vtilitatis conſeruandæ. & neceſſitate imminente quilibet cogi poteſt ad onera, nulla immunitate obſtan-
44 te. Ea etiam ratione † cōpellitur pro impenſis quæ fiūt pro curribus & plauſtris tranſeuntibus per portas ciuitatis, vt tradit Cępol.in loco citato, & alij pro opi. affirmatiua ſupra citati, & ſi negatiuam partem ſequi vellet
45 quiſpiam limitatur † quod de via & pontibus dictum eſt non eſſe verum quando Dominus loci pedagium à tranſeuntibus colligit, quia ſuis ſumptibus reficere de iu

re

re debet. Archid. in cap. si quis peregrinus. 23. q. 3. cum alijs quæ citat Cępol. in loco supra adducto.

46 Limitant † Doct. in ecclesia quę statuta laicorum approbauit, ac in foro suo obseruari mandauit, nam ad collectas cogitur, nec immunitate aliqua se tueri potest, quia cum beneficijs illorum gaudeat circa successiones & alia, æquum est, vt incommodum reportet, quo ad onera gratia æqualitatis conseruandæ, tam de iure cano

47 nico, quàm ciuili. cap. si 3. q. 9. 17. q. 7. c. 1. Vnde † statutum quod hoc dictat est æquum, & sanctum ratione citata æqualitatis, & æquitatis, sicut consuluit Calc. in statuto Cremonensi in consi. 7. col. 5. num. 12. qui quam plura congerit quæ videri possunt.

48 Colligi † potest alia limitatio, ex dictis Castr. in dicto consi. 425. col. 3. versi. quædam aliæ, hæc non esse vera, si clerici non directo, sed causatiue inducerentur ad solutionem collectæ, puta ordinatum est per ciuitatē quemcunque teneri ad soluendum tot pro libra carnis & piscium vendendorum ad minutum, quę auctio & exactio pecunię conuertitur in reparationem vel constructionē murorum ciuitatis, pontium & viarum, & similes vtilitates publicas, quia & si hæc impensa quæ circa prædicta soluitur, licet principaliter non concernat vtilitatem clericorum, si tamen carnes & pisces comedere volunt, coguntur soluere illam auctionem quæ exinde conuertetur in reparationem murorum pontium & viarum, vt latius ipsę prosequitur. Adde Gram. decis. 100. nume. 26. quod clericus tenetur ad gabellam vini minutatim venditi si ea loco onerum succedit, scilicet viarum, pontium, & murorum reparationem. nam hæc non pōt dici collecta quo ad terminos nostros, quia non indicitur per æs & librā, sed est quid certum & determinatum quod super carnibus & piscibus indicitur, ad effectum erogandi in murorum &c. reparationem, ad quod clerici etiam ad vtilitatem publicam coguntur, vt habetur per Doct. in d. l. placet. C. de sacrosan. eccles.

49 Idem † esset si per vniuersitatē sancitum forte quempiam tot soluere pro singulo capite bestię pasculantis in pascuis eius, quia clerici, qui illa volunt vti commoditate ad illud onus tenentur, hoc enim non est illis datium imponere, sed vsumfructum pascuorum vendere. Ab. in cons. 6. casus super quo. in 1.

50 Limitatur † à nostratibus in bonis in æstimo descriptis, & oneribus collectarum affectis. Quæ ad ecclesiam peruenere, quia ad futuras collectas compellitur, cum transeunt cum suo onere suaq; causa, gl ordinaria communiter * approbata hoc affirmat in c. 1. in verbo, bonorum. de immu. eccl. in 6. Ibiq; Ioan. And. Archi Gemi. & Pet. de Anch. At Arch & Gem. in tributo loquuntur, verum hoc idem esse iudicamus in collecta quæ per æs & libram indicitur, teste Bald. in l. omnes. C. sine cens. vel reliq col. 3. num. 6. versic. 53. Hic dubitatur, & in tit. de

51 pac. const. col. 6. Prædia † enim iam onerata collectis trāseunt cum suo onere, vnde clericus in quem pertransiere, ad illud onus cōpellitur. Quam Decis. approbat Ias. in cons. 83. col. 1. in 3. & sentit Alex. in cons. 136. col 4. versic. & quod d possessio in 2. Et Guid. Pap. q. 29. An clerici. Abb. in c. 1. de cens. num. 8 & 9. & quia ad onus rei annexum tenetur ecclesia.

Hanc limitationem improbat Canonistæ & Iuristæ, quoniam onus hoc collectarum non durat postquā res ad ecclesiam peruenit. Archi. & Gemi. ac cęteri in d. c. 1. hoc tenent. Et Ang. in consil. 24. Ecclesia. Bart. in d. l placet. col. 4. versic. de clericis. C. de sacrosan. eccl. ibiq; Bal. num. 21. & Bar. in consil 180. si aliqua possessio, Calc. in consil. 7. col. 5. num. 12. Fel. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ,

52 de consti, nu. 85. Ad hæc † enim collectarum onera, cum extraordinaria sint, non compellitur ecclesia. Abb. affirmans hanc opin. multa citat in consil. 53. hunc casum, in prin. & dicit à patribus vtr. Iu. censuræ cōmuniter * te

53 neri. Immo † ab æstimo laicorum eximuntur postquam pertransiuerunt in ecclesiam, vt ad collectas pro prædijs allibratis

allibratis non cogantur subire nec onus aliquod, vt ibi concludit. Quam opin. veram esse testatur in consil. 13. succinte. in 2. De cuius opin. veritate infra in sequen. fall. tractabimus.

Non obstant citata in contrarium, quia in tributo locum sibi vendicant. Ita glos. quam citat Alex. Bal. vero in d.l. omnes nil pro sua opi. Citat, & in tit. de pac. constan. Immo contrarium firmauit in terminis fortioribus, vt infra statim dicetur. minusque Ias. in hoc se firmat, &
54 hanc †opinionem veram esse iudicamus in censu, & tributo, prout intelligunt glos. & Doct. supra, vt prædia illis obnoxia transeant in ecclesiam, quia erat præstatio certa, à quo onere non eximitur, vt fatentur omnes in d.l. placet.

DE COLLECTIS.

SVMMARIVM.

1 *SI municipali iure sancitum sit bona oneribus fore obnoxia, si prædia in ecclesiam transeant iam oneribus effecta, cum suo onere pertranseunt, & ecclesia compellitur.*

2 *Citatum statutum non est contra libertatem ecclesiasticã.*

3 *Extraordinarium onus à statuto ordinarium induci potest.*

4 *Quod ecclesia ad collectas citatas obligetur est cõmunis opi.*

3 *Si mandat testator capellã super prædio oneribus obnoxio fore struendã, nisi de licẽtia cõitatis strui nequit & nu 6.*

7 *Onus si est rei iniunctum, ad id ecclesia obligatur, si iniunctum sit antequam ad eam perueniat*

8 *Hypotheca per statutum cõtracta rem sequitur quocunque vadit mediante fictione translatiua. cum plur. seq.*

14 *Bona postquam ad ecclesiam peruenerunt ab æstimo Laicorum eximuntur.*

Ecclesia

39 *Ecclesia quæ successit in bonis alicuius, cuius bona erant oneribus obnoxia, pro prædictis collectis obligatur. & numero 40.*

41 *Ex diuersis non fit illatio.*

42 *Pro futuris collectis non compellitur Ecclesia, sed ad præteritas sic.*

43 *Emphyteotam Ecclesiæ pro bonis ab Ecclesia sibi concessis obligatur ad solutionem collectarum, 44. 45.*

46 *Qui soluit tertiam partem fructuum singulo anno non obligatur ad solutionem collectarum.*

47 *Bona liuellaria à peræquatoribus minus perscribuntur in æstimo quam libera, ideo minor soluitur collecta.*

48 *Emphyteotam qui obligatus est ad collectas vnico tantum onere grauatus censetur.*

49 *Emphyteotam ad collectarum solutionem de consuetudine cogi affirmamus.*

50 *Colonus partiarius Ecclesiæ ad collectas pro portione sibi tangente non obligatur, idem priuati, sed dominus.*

52 *Collectam indici pro æstimo, eiusq; sequelam censent Doctores nostri.*

53 *Fructus qui à colonis partiarijs colliguntur ex cultura laborum suorum percipi affirmãt patres nostri, ideo ad collectam non tenentur. 54.*

55 *Iura abhorrent quempiam pro alieno debito grauari.*

56 *Ad gabellam pro portione fructuum coloni compelluntur.*

57 *Idem est quo ad decimas ratione fructuum.*

58 *Vera sint etiam quo ad dominum, nedum ad colonum bona non ammoueãtur de æstimo alienantis, nisi describantur idoneæ personæ ad solutionem collectarum, alias alienãs semper conueniretur.*

59 *Ideo cautelam citant patres nostri cõtra Ecclesiam, vt obligent eam ad earum solutionem ex pacto & conuentione.*

60 *Pauperes à collectis eximi de iure maiores nostri attestantur.*

61 *Immunitas cõcessa ab oneribus extraordinaria nõ ĩcludit.*

62 *Ab officialibus immunitas concedi potest pauperi.*

Con-

Continuatur materia precedens circa immunitates Ecclesiarum & bonorum earum à collectis. Cap. II.

1 A Doctoribus†vtriusq; cēsuræ limitatur citata conclusio vt ecclesia ad collectas cō pellatur quando municipali cēsura sancitum est, quod bona obnoxia sint oneribus,& collectis, quia cum onus rebus,& non personis iniunctum dicatur, si prædia in Ecclesiam alienentur, cum suo onere transeunt, authore Barto. in l.Ratio.§.fi.ff.de mun. & hono.in d.l. placet.in lect.C.de sacrosan. Eccle.in l.fi.C.de exact.trib. lib.10.in l.1.C. de mul.in quo loc eod. lib.in fi. Alexan. in l.incola.ff.ad municip. Et in d.l.Ratio.§ fi.Abb.in cap. quod clerici.num.41.de foro comp.versi.& pro hoc.in c. non minus. de im.Eccle.col.4 versi. Item Ecclesiæ.Cald. in consi.2.tit.de censi.incip.Statuto Perusino,in consi.7.
2 an si statuto, colum.3.in tit.de constit. Et†attestatur huiusmodi statutum non esse contra ecclesiasticam libertatem, cum aliud sit imponere onus rei, quod illi erat annexum antequam ad Ecclesiam pertranseat, & quod fraude cessante cum illo ad eā perueniat, quæ in dubio
3 non præsumitur.Hoc †enim onus extraordinarium pro publico bono & ciuitatis tuitione à statuto ordinarium
4 induci potest,verū si onus †iniungeretur bonis postquā ad Ecclesiam peruenire,contra libertatem illius fieri cēsetur, vt latius ipse prosequitur, amouendo contraria quæ huic opi.obstare videbantur, vrgentes rationes pro confirmatione huius q.citat.Soci.in consi.12.in 4.atte-
* stans hanc opi.esse cōmunem *opi.Bart.inualuisse affirmat.Bal.in consi.280.pręmisso.in 2.Quamplures authores illam firmantes citat Cur. Iu.in consi.68.nu.4.cōfirmatur ex prædictis per Bal.in Rub.ff. de rerum diuis. in
5 verbo ex ijs not. Vbi si ordinat † testator capellam strui

super

ſuper prædio oneri collectarum obnoxio, vi ſtatuti non conſtruetur capella abſque communitatis licentia, ſecus ſi prædium liberum erat, & hæc opi. nedum cõmuniter recipitur. At vera cenſetur per vrgentes rationes à tot
6 patribus citatas in locis ſupra citatis, illa † viua ratione inter alias, quia onus perſonæ nõ eſt iniunctum, ſed rei,
7 quod à ſtatuto ordinarium factum eſt. Quod † quidem induci poteſt, vt inquit Bar. in d.l. j. C. de ſuperin. lib. 10. Rurſus res abnoxia collectis eſt ſubiecta quanquã perſona non ſubijciatur iuriſdictioni ſtatuti, cui antequam ad eccleſiam deueniat onus iniunctum eſt vt aſſerit Bal.
8 in d. conſi. 280. Ideo † hæc hypotheca per ſtatutum contracta rem ipſam videtur ſequi quocunq; vadat. Anch. in conſi. 303. hoc ſtatutum, num. 4. qui opi. Bar. in d. §. fi. approbat. Quam veram eſſe atteſtatur Caſtr. in l. pen. C.
9 ſine cenſ. vel reliq. Mediante † fictione translatiua de tẽpore collectæ indictæ ad tempus ſtatuti conditi, illum firmat Dec. in c Eccleſia Sanctæ Mariæ, nu. 68. de conſt. qui ad obiecta reſpõdet, & latius loquitur, ad quem me reporto, & magis communem teſtatur Barb. in conſi. 1. in 3. remanentq; omnia obiectã eorum qui contrarium aſſerunt ſublata, vt fuſius tradit Hom. de coll. Car. 9 42.
10 Opi. contrarium † firmauit Bald. ſibi contrarius in l. placet, in lectura. in 4. not. C. de ſacroſan. Eccle. aſſerens
11 opin. Bar. in d. §. fi. eſſe falſam, quia † ſtatutum hoc, niſi à Principe conditum ſit, onus extraordinarium ordinarium inducere nequit. immo eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, nec pro futuris collectis aliqua obligatio contrahi poteſt, in l. neminem, in auth. Item nulla communitas. C. de epiſ. & cler. in verſic. quærit hic, & in verſic. deinde expreſſius confutat opin. Bart. in l. fi. C. ſine cenſ. vel reliq. col. fi. verſ. ſed hic dubitatur. hanc de iure veriorem exiſtimat Caſtr. in d. l. placet Et in l. j. num. 2. in
12 fi. & nu. 9. C. de epiſ. & cleri. conſilium † Bar. aſſerit falſum eſſe. Iaſ in d. l. placet, in lectura 1. circa finem, & in l. fi. colum. antepen. verſic, 2. facit, colum. pen. verſic. non

obſt.

obſt.C.de pact.Rom.in l. ſi publicanus. ff.de public. Parpal.in d.l.placet,num.77.teſtatur opin.Bal. contra Bart.
13 eſſe veriorem, & communem. Hocq; † ſtatutum per indirectum contra libertatem Eccleſiaſticam fore aſſerit Abb.in c.fina.de vita & honeſt. cler. ſuper glo. ibique Imol.num.16. verſic.extra glo.col.pen.Felyn. in d.c.Eccleſia Sanctæ Mariæ.q.5.firmat ſuſtentabiliorem, & ve-
14 riorem eſſe hanc opin. Quia † ſtatim cum prædia ad Eccleſiam perueniunt, ab æſtimo laicorum eximuntur, ne collectas aliave onera ſubeant, plura citat quæ videri poſſunt,latius in c.verum,num.19. de foro compe. proſequitur Card.in cap.propendimus,in rep.col.20. verſic. venio ad tertium,de ſenten.excommu. Bal.in conſi.102. de generali,num 7.col.3.verſic.& eſt verum, in 2.aſſerit opin. Bart.non valere vnam feſtucam. Quàpropter Felyn.in citato loco, quatuor caſus de mente Doct. conſiderat,quos non refero cum perſpici valeant, cui opi. aſſentit Soci.in conſi.45. in 4.& teſtatur opi. Bar.in d.§ fi.
15 minime teneri. Quod † iſta opi.ageat deciſione ſummi Pontificis exprimit Cald in d.conſi.2. in tit. de cenſ.dubiam etiam reddit Cor.Peruſ.in conſi.205.num.6. in 1. quod Bar. in d § fin. loquitur de indeterminata præſta-
16 tione † ad quam eccleſia non compellitur, vult Ang in conſi.24.eccleſia.

In hac magna varietate opi.adhæreo opi.Bar.in d.§.fi.
17 ceſſante fraude,†& illa ratione,quia à ſtatuto non grauatur perſona clerici. ſed duntaxat bona obligat, illiſque onus indicit iniiciendo vinculũ obligationis,vt firmant Doct. pro eo citati, & iſmet in fortioribus terminis, circunſcripto ſtatuto, loquitur in conſi. 180 qua
18 nõ cogetur † clericus ad collectas, ſed prædia illius affecta erunt obnoxia, quæ ob non ſolutionem onerũ occupabuntur ab exactore fiſci,& diſtringentur, pro vt ſupra latius diximus de bonis forenſium in 2.parte, in princ.
19 nu. 2. colonive † ac eorum conductores compellentur, ſecundum Inn.in c.poſtulaſti, de foro compe.& Bald.in

d.l.pla-

20 d.l.placet, versic. sed periculum, ex qua † declaratione cessat ratio. Bal. in d.l.fi. Fely. & aliorum asserẽtium personam non inueniri in qua obligatio fundari valeat, quia fundata dicitur obligatio contra bona vigore statuti citati, quæ incipit sumere effectum cum indicitur collecta, & retrotrahitur ad tempus statuti conditi dictan-
21 tis bona collectis fore obnoxia, † quæ cum illo onere transeunt in clericum vel ecclesiam. teste Castr. in l.2.C. sine cens. vel reliq. saluante Bart. ab impug. Bal. & aliorũ. Contra quam, ob non solutionem collectarum, fit executio per occupationem & distractionem iuris ordine non seruato, sed executiue procedendo, vt latius dixi-
22 mus supra in 3.par. in prin. num.7. vel coloni † & conductores cogentur, vt dictum fuit, & exprimit Bald in l.etiam C.de execu.rei iud.col.pen. num. 28. vers. sed tu dices. Et licet ex dictis Bal. Cald. Anch. Soci. & Ias. citatorum pro hac opi. colligatur, respondeo ad obiecta, maxime Deci. in d.c. Ecclesia sanctæ Mariæ. Vnde ex hac ratione ita declarata magis remota sunt omnia obstacula.
23 Rursus † considerata temporũ conditione, qua laici tot grauia onera supportare nequeunt, quæ etiã pietatẽ respiciunt ob interesse pauperum, suadet ratio, vt Ecclesia ad ea obligetur, non ipsam dico, sed eius bona iam oneri collectarũ affecta. vt hæc & quam plura ad hoc propositũ cõsiderat Anch. in cons. 96 super dicto dubio.
24 Porro † si esset Ecclesia immunis ab oneribus prædiorum in eam translatorum, quæ vigore statuti citati illis obnoxia erant, faciliter æstimum afficeret si omnia prædia in Ecclesiam alienarentur, & maximum resultaret fisco præiudicium, at si maior illorum pars in eã deueniret, alij descripti multo plus grauarentur, quod iniquum esse videtur & contra l. vnicam. C. vt nul. ex vic. lib. 10. maxime hoc in Ecclesia non est cõpatiendũ. cum
25 sit † cultrix iustitiæ, nolitq; cũ iactura alterius locupletari, & contra se patiũtur fieri quod dictat æquitas, & iustitia, vt latius multa effundẽs verba considerat Anch. in

citato

citato consi. Et quę etiam secutus est Fely. in d c.eccle-
26 sia Sanctæ Mariæ, colum.26. nu. 83. Si enim † Ecclesia pro d.prædijs collectas soluet alij descripti facilius onus supportabunt, quia quod diuisum est in pluribus portionibus facilius sustinentur. Ancha.in consi.389. visis, num.5. Quapropter dixit Abb. in c.2. de immu. Eccles.
27 nu.16.versic.4. quæst. quod † pro exemptis onus collectarum per alios non est supportandum, quia iniustum est & forte impossibile. Et, vt dixi, graue damnum esset fisco, quia carere posset subsidio collectarum si prædia in Ecclesiam alienarentur, vnde ratione huius præiudicij dicamus Ecclesiam teneri pro bonis in eam transla-
28 tis. videmus † enim statutum de iure esse validũ quod prædia collectis obnoxia in Ecclesiam non alienentur, ne collectarum subsidio careat fiscus, vt attestatur Bal. in c.quæ in Ecclesiarum, col.3. de constit. quod dictum firmat Ias.in consi.236.col.3. versi.hic in 2. pari ratione concludamus Ecclesiam ad collectas cogendam esse pro allibratis prædijs, quæ in eam peruenere, ne si æstimum
29 deficeret ob alienationem terrarum in eam, fiscus † subsidio earum careret. Nec est afficere Ecclesiam onere collectarum, sed ipsa bona iam obnoxia, minus est contra libertatem Ecclesiasticam per indirectum, cum prius antequam in eam peruenirent erat obligatio contracta, & hypotheca super bonis onere affectis, quæ transeunt cum suo onere, ex quibus patet clarè quomodo obiecta contra hanc opinionem illęsa remaneant. Non omitto quod Deci.in d.c,Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.68. vnico
30 verbo † remouet obiecta contra Bart. in d.§.fin. vt vera sint. Quando appareret statutum illud fore in fraudem clericorum conditam, quæ fraus cum non præsumatur, vt supra diximus, opi. Bar.præualet, & de iure vera censetur, vt ipse latius ibi loquitur.

31 Limitatur † septimo citata conclusio, vbi Ecclesia conueniat de soluendo onera pro citatis prædijs, quia ratione huius pacti cogitur, vt inquit Inno. in c.verum,

de

de foro compe.Guiliel.& Bal.in l.neminem. C.de sacro-
32 san.eccle. Quas † si non soluit,exactori licet authoritate propria illius bona occupare,vt in legato rei oneribus obnoxiæ ecclesia facto firmant Host.& Io.And.in d.c.verum, & Fely. in d.c.Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 84. & Iasin d.l.placet,in 1.& 2.lect. & Bal.in auth. sed periculum,& in l.fi.col.fi.nu 9.C.sine cens. vel reliq.

33 Limitat octauo, † & opi. citatam non esse veram attestatur. Anch.in consi.109.contra fratres,in fi.in ecclesia seu fratribus minoribus sancti Francisci, qui de iure immobilia possidere nequeunt. Nam si de facto detineant illa, pro illis collectas soluere coguntur, nec aliqua immunitate se possunt tueri.c.recolẽtes,de statu mon. Vbi
34 possidens † bona contra iuris ordinem priuilegiũ perdit, & cum alijs tenetur similẽ in legibus subire disciplinam,fratres enim isti si bona aliqua detinent, est contra suæ regulæ ordinem, quo fit vt aliqua immunitate non
35 gaudeant. Nam † mendicantes nuncupantur ab omnibus,at si possiderent immobilia non vocarentur mendicantes, ergo non audiendi, firmat Parp. in d. l.placet, nu.76. illa ratione, quia de facto bona detinent.

36 Limitatur nono † ab Ang.in consi.206.inter ordinamẽta,in bonis quib.indicta erat collecta soluen. de triennio in triennium,quia si in ecclesiam transeũt,& declaretur quid & quantum ecclesia est debitrix in quolibet termino, durante triennio, ipsa cogetur ad solutionem, quia retrotrahitur ad tempus collectæ indictæ in confuso, quo dies nondum venerat, & late prosequitur ipse exemplificando in collecta indicta viuo testatore qui legauit bona ecclesiæ,& post eius mortem declaratur prædicta collecta postquam illa in eam peruenere.

37 Obstant † huic limitationi, quæ supra diximus. ecclesiam non teneri ad collectas quæ incertam habent præstationem,quia postquam in eam peruenere, non potest onus declarari in eius præiudicium, immo amplius non durat,& ab eo eximitur,vt firmant Arch. Domi.& cęteri

cęteri in c.1. de immun.eccleſ. in 6. ergo non eſt verum quod dicit Ang. hoc onus, teſtatore mortuo, declarari poſſe in præiudicium eccleſiæ.

38 Solutio † citata per Ang.in d.conſi. verā eſt, quia collecta viuo teſtatore iam erat indicta, isque deſtinatus ſolutioni, cuius bona erant illi hypothecata, ex quo erat contracta obligatio, quæ licet poſt eius mortem poſtquam in eccleſiam peruenere declaretur, nihilominus
39 † ex quo ſucceſſit in bonis præſentis, tenetur ad debitum iam contractum, vt habetur in auth.ingreſſi. C.de ſacroſan.eccleſ.& firmat Ange. ibi in fi. colum.2. verſic. ſed ille,& cum dies ſolutionis iam ceſſiſſet, ad eccleſiam
40 pertinet illius oneris ſolutio. At in contrario † aliter, quia collecta indicebatur poſtquam bona ad eam peruenerunt, illaque declarabantur, quæ prius erat inde-
41 terminata, nimirum ſi cogi non poteſt, quia ſunt † termini diuerſi, ergo non recte infertur illatio. l.Papinianus exuli.in fine ff.de mino.nam nullus inficiatur quod
42 eccleſia non cogatur ad præteritas collectas, licet † pro futuris minime aſtringi valeat pro prædijs ad eam peruentis, vt not.in l.incola.Vbi Alexan. ff.ad municip. Bal. in d.l.placet, colum.4.num.21.verſic.De clericis,& Bar. ibi, colum.4.Iac.Butrig.& Bal. in auth. Item nulla communitas.C.de epiſ.& cler.in auth.ſed periculum. C.ſine cenſ.vel reliq.Cano.in c.1.de immun eccleſ.in 6. Caſtr. in citato conſ.423.ex puncto, in fine. in 2.Soci. in conſilio 243.in 2.Et no.per Doct.in locis ſupra citatis.

43 Limi.10. Iſta quæſt.non † extenditur ad emphyteotā eccleſiæ, cum faciat fructus ſuos, dato quod directū dominium ſit eccleſiæ, quia reaſſumit conditionem à perſona non econtra, hoc affirmat And. de Iſer. in cap.1.in tit.quæ ſint reg. ſuper verbo & plauſtrorum & nauium, quod dictum approbat Alex.in conſ 101. colum.6. verſic.ergo ſi apparet in j.ratio redditur à Bal. in d.l.placet, nu.26. verſi ſed quid in emphyteota. quia res eſt illi deſcripta vel æſtimo deſcribenda, hancque opinionem firmat

mat in l.1.col.1.versi.6.C.de iure emphy. in l. si pendentes.§ sed quid cloacarij.ff.de vsufru.

44 Hanc †limitatione̅ dubiam reddere videtur Bar.in l. priuare. C.de excus.mun. lib. 10.qui asserit emphyteotã ecclesiæ ad solutionem collectæ nõ compelli pro bonis liuellari js, ne duplici grauetur onere soluendo censum & collectas.quam opi.Parp.in d.l.placet.nu.73. approbare videtur, cum qua transit etiam Ias.in l.2. num. 31.C. de iure emphyt. primam opinionem veriorem esse puto,

45 illa ratione,quia † fructus emphyteota colligit, & cum personæ indicatur pro rebus, inuenitur persona subiecta, à qua res sumit originem. Item cum sit æstimo perscriptus vel saltem perscribendus cogitur ad onus.

46 Non obst.Citata †in contrarium,quia Bart.intelligi debet in eo qui quolibet anno tertiam partem fructuum soluit, vt expresse dicit text. at si quid modicum solueret

47 nomine ce̅sus aliud esset. Rursus †quãdo bona allibrantur in æstimo minus æstimantur ob onus censuũ, quod soluunt quolibet anno, & hoc considerant peræquatores, quia minores fructus percipiuntur ob censum quã si libera essent. l.pro locis.ibique Bar.C.de anno. & trib. lib.10.ne quis vltra debitum grauetur,quo fit vt emphy

48 teota † non dicatur grauari nisi vnico onere,habito respectu ad bona vt quæ minus sunt æstimata,minori onere etiam grauentur,vnde cessat ratio de duplici onere.

49 At cum hodie †de consuetudine compellantur ad collectas, vt firmat Alex.in citato consi.Bar.& Ias.in citatis locis.quæstio transit. sine dubio.

Limita. 11. citatam quæstione̅ non vendicare sibi locum vt affirmatur à Doc.nostris in rustico,seu partiario

50 colono ecclesiæ quia†cum portionem separatam à portione ecclesiæ percipiat de bonis prædictis congruum est quod pro collectis grauetur, diuersæ enim sunt personæ teste Fed.de Sen.in consi.111.colum.5.vers.Item quęritur an rustici,firmat Bald.in consi.31.statuto ciuitatis circa fi.in 1.Ami.in consi. 19.colum.1. numero 9.Parpa. in d.

51 in d.l.placet,nu.73.rationem citans,quia † cum ecclesia non compellatur ad collectas, consequens est vt ipsi grauentur, quod secus est in colonis priuatorum . hæc ille. Contra hanc decis. videtur Accurs. in l.si penes . in ver-
52 bo recepta. C. de agri. & cens. lib. 10. vbi † coloni pro terra Domini ad collectas nō compelluntur ibiq; And. Ba.& Io.Plate.& attestatur Soci. in consi. 119. colum.1. versic. sexto, in 1.Bald.expresse in l.cum duobus. §. si in coeunda.ff.pro soc.in 2.not.in l.placet, colum.4. versic. Item quæro quis.illa ratione, quia cum collecta indicatur pro æstimo,eiusq; sit sequela, æstimumq; in domini persona perficiatur, is non colonus cogetur, & ita de consuetudine seruatur. l.fine hærede.§.Lucius. ff.de admin.tut.Alex.in l.neque stipendium . ff.de impens. in re. dot. hæc enim est rationabilis ratio, cū colonus fructus
53 ratione † laborum in cultura percipiat, & si onere collectarū grauaretur duplici grauaminē afficeretur, quod iura non permittunt.Alex. in d.l.neque stipendium .
54 Hanc opinionē † veram esse putamus indifferēter siue sint coloni ecclesiæ siue priuatorū,nec ratio citata in contrariū per Parpa. videtur tuta. Quia diuersitas per-
55 sonarum inducit separationē,ideo cum pactiones † sint separatæ. Iura abhorrēt quempiā pro alieno debito grauari posse. l.vnica . C.vt null. ex vic. lib.10. Quapropter cum de consuetudine seruetur contrarium q.est decisa.
56 Non obst. † citata per Federici in prædicto cōsi. Quia in datio & gabella loquitur, ad quæ onera ratione bono rum suorum tenētur,in ijsmet terminis est vera decisio Bal. in citato cons.eodem admisso in gabella & emptore fructuum & prædiorum . Rursus exprimunt de colono soluente decimas, ad quas is de iure compellitur . c.tua nobis,de decim. Dec. in cons.156. nu.4. & etiam domi-
57 nus † ratione perceptionis fructuum.Soc.in consi.268. col.1. in 2. At nos in collectis, ad quas dominus in æstimo perscriptus solus compellitur, quo fit vt resultent varij effectus. Ex diuersitate rationis, nec bene firmant

illationem d.l.Papinianus exuli. in fi. ff.de minor.
58 Postremo † ad remouendam disceptationem, securiorem citant viam nostrates. Quod prædia non amouean tur ab æstimo alienantis, nisi prescribatur alter idoneus in catastro, qui compelli ad collectarum solutionem valeat testem Bar.in l.incola.ff.ad mvnicip. & Bal.in auth. sed periculum. C.fine cens. vel reliq. Castr.in d.l.placet, in fi.in l.pen.C.fine cens.vel reliq. fingas ergo prædium
59 quod est † collectis obnoxium in ecclesiam alienari qua pro futuro tempore conueniri nequit, non est de estimo nomen venditoris delendum, nisi ecclesia se obligat ad subeundum onera collectarum, alias venditor semper conuenietur, vt inquit etiam Bal. in l.j. §.quod si nemo. colum.2.in fi.versic.sed iuxta hoc. ff.quod cuiusc.vni. nomi.& Imol.in c.fi.nume.16. versi.melior modus, de vita & honest. cleric. vbi facta alienatione in clericum, alienans conuenitur non clericus.

Hucusque de ecclesia ac ecclesiasticis personis satis discussimus, an à collectis fiut immunes, vnde de secularibus videamus.

Quærendum est de paupere an à collectis immunita-
60 tem consequatur † doct. intelligitur de illo, qui dietim viuit, & illius opera vix ali potest, ratio in contrariũ citari videtur, cum nullus ab ordinarijs onerib.eximatur l.omnes laici, vbi notat Bart.C.de anno.& tribut. lib. 10.
61 inferens hac † simplici immunitate concessa ordinaria onera non includi. At Bart.in l.omnes, la j. C.de ann.&
62 trib.eo.lib. firmat, pauperibus † immunitatem per officialem cõcedi posse, & in terminis decidit Bal. in auth.
63 defuncto.in vers.& ideo. C.ad Tertul. Quod † pauperes ad collectas non compelluntur, & sunt ab æstimo delen-
64 di. Idem † quo ad illos qui facultatibus sunt lapsi asserit, & expressius attestatus est in l.etiam . col.pen . versic. modo viden.nume.28. C.de exec.rei iudic. Alex.in l.4.§. actor. nu.17.ff.de re iud.Ias in l.auus neptis.nũ.13.ff.de pact.And.de Iser.& Mat. Afflic.in c.1. super verbo plau-

ſtrorum,in tit.quæ ſint reg. Gui.Pap.q.87. ſi villa, nú.4. & q.400.an cenſus,& Iaſ.in d.§.actor,num.21.

65 Hanc † concluſionem eſſe veram putamus in illo paupere qui vix de eius operibus & bonorum redditu ali poteſt, vt quia onera adeo ſunt grauia quod non ſufficiunt omnia inſimul iuncta pro eius alimentis, alias ſi ex operibus ſuis vitam ſuſtentaret. Crederem quod de redditibus bonorum cogeretur onera ſupportare. Et iſto caſu de ęſtimo non eſſet dolendus, quia ceſſat ratio. Ideo & iuris diſpoſitio ceſſare debet. l. adigere. §.
66 quamuis. ff.de iure patro. à perſonali vero † onere liberatur,vt inquit Bal.in conſi.410.quæritur, num.6.in 5.
67 Et data paupertate † vt non cogatur ad collectas, quis illam portionem ſoluet. Bart. Iaſ. & omnes in d.§.actor firmant homines de vniuerſitate cogendos. per l. 1. C. de om,agro deſer. lib.10. ibique Alexan. annotat. Contrarium ſentit Bar.in l.fi.§.mixta. ff.de mun.& hono.vbi nullus de iure communi onere alterius grauari poteſt: l.1.C.vt nul.ex vica.lib.10.

68 Solutio † ex dictis Bar. ibi colligitur, nemo grauatur pro alio, ſed vniuerſitas ſic, niſi pacto, aut ſtatuto aliter conſtet, vt ſi collector ſuſcipiat officium, quod pro deficientibus teneretur ad collectas. d.§.mixta, qui ob Alex. in d.§.actor.nu.19.& in l. 1.C. de om.agr.deſer.lib.10.ita intelligitur. tali enim pacto vel ſtatuto circunſcripto ad portionē pauperum obligatur vniuerſitas. Quapropter
69 per † illos ſit noua deſcriptio, vt inquit Bal.in d.l.etiā. Quam opi.verram eſſe Bar.Exiſtimat,quando onus toti vniuerſitati foret indictum, ſecus ſi cuilibet de per ſe, quia vnus non grauatur pro alio.in l.2. C.de apo. publi. lib.10. approbatur ab Alex.in d.l.1. C.de om. agr.deſer. & in d.§.actor, cum quo etiam pertrāſeunt cęteri Doct.

70 Ex ijs † infertur ad not q. municipali ſancitū eſt cenſura, comitatenſes obligari ad ſalarium prætoris, ſi vna villa eximatur, an aliæ portionem illius exemptæ ſupportabunt.Iac.de Aren. Bart.& Ang.in l.ab omnibus.ff.

de leg.1. affirmatiuam partem stabilire videntur. Et Anchar.in clem.præsenti, de cens.in consi. 10. videtur efficaciter, col.fi. vbi in obligatione à pluribus cōtracta vno exempto, cęteri grauantur.

71 Contrarium † videtur firmasse Specu.in titu.de cens. §.nunc dicendū, vers.quid si vniuersitas vbi loquitur in annua præstatione superiori per vniuersitatē debita, vt si is aliquē eximat, alij de ea portionē exempti soluere non cogentur, dictū hoc approbat Io.And.in c.2.de immu.eccles.Guiliel.& Rom. in l.si vnus. §.si cum mihi decem.ff.de pact.Guiliel.Rai.Alber. & Ang. in d.l.si vnus §. si pactus, eo.tit.Anch.in cōs.260.incip.omne, nu.2. quia
72 † detrahitur portio exempti, & domino tantum minus soluitur, vt inquit Alex.in cons.136.col.5. vers. Imo fortius, in 2. Et Henricus Bohic.in c.pastoralis, vbi gl.in fi.
73 de priuileg. & hoc immunitatis † priuilegium cōtra cōcedentem interpretatur, vt affirmant Doct.in locis citatis.pro solutione huius q.intricatæ. Ias.in l.auus neptis. nu.9.ff.de pact. tres casus considerat aut Princeps cui illa præstatio annua acquiritur vnū eximit, & detrahitur de summa, & tanto minus illi soluent, quia contra eū cōcessio interpretatur, & ita vera sit opi.Spec. & sequaciū. Aut vniuersitas immunitatem concessit, & alij soluunt partem exempti, quia non potuit superiori facere præiu
74 dicium, sed sibi tantum. Aut † Princeps eximit quempiā à salario prætoris, & cęteri tenentur, quia non videtur tertio præiudicasse. l.2. §.si quis à Principe. & §.merito. ff.ne quid in loco pub.Abb. in c.accedentes, de præscrip. nu.8.versi.nunc quæro. quatuor casus considerat, & quo ad terminos q.nostræ cōcludit portionem exempti alijs accrescere, si à supremo Principe concedatur, secus si ab inferiore, nisi cum causa rationabili illū eximat, quia à iure potestatem videtur habere, hæc dicta videntur contradictionē implicare, quia supra firmat inferiorem immunitatē concedere non posse, nisi iura habeat Imperij, & infra asserit posse cum causa, intelligi potest, quod

superior

ſuperior concedit ſine cauſa, inferior cum cauſa, vel de inferiore qui iura Imperij habet. Illam contrarietatem citat Fely. ibi. nu. 20. Qui per nouem concluſiones hanc maximam diſcutit. Et tandẽ ſi ab inferiore eximeretur villa alij non grauantur, ſed de ſumma detrahitur quãdo collecta venit ſoluenda illi, ſecus ſi à ſupremo Principe, quia indiſtincte ſeruanda eſt. Et cęteri grauantur.

75 Hæc diſtinctio † videtur contra opin. omnium Doct. qui firmanti interpretationem ſumi contra concedentem ſi negocium ipſum tangit, quia quo ad ſui præiudicium valuit exemptio, ſiue ſit ſuperior ſiue inferior, licet quo ad tertij damnum non, cum non videatur iura

* illius lædere iſtam cõmunem * opinionẽ eſſe atteſtatur Iaſ. in d.l. auus neptis, & hoc eſt de mente Io. And. Butr. & Abb. in d.c. 2. quos citat Felyn. in d.c. accedentes Bald. verò in l. etiam. nu. 29. verſi. ſed pęnæ. C. de execu. re. iud. quem ſimpliciter Felyn. ſequitur in d.c. accedentes vide-

76 tur dicere † quod aut immunitas conceditur ante contracta obligationem, & alij de vniuerſitate compelluntur, aut poſt contractam. Et tunc quia eximenti ſatisfactum eſſe videtur, non obligantur, quia dicitur ille gratis remiſiſſe, hoc dictum parũ videtur obſtare quæſtionę de qua ſupra, quia Bal. nil citat, & erubeſcimus, cũ ſine l. loquimur. l. illam. C. de coll. Rurſus in caſu diuerſo loquitur à q. noſtra. & in terminis Specul ſupra citati. At poſſumus dicere Bald. in alio debito intelligendum. pro quo collecta erat indicenda, quia ſi ille eximatur ante obligationem, ex quo nullum vniuerſitati reſultat damnum, quia non erat ius aliquod quæſitum, alij coguntur ſoluere, ſi ergo poſt ortam obligationem concedatur immunitas, & poſt diſtributam per indictionem collectę, non coguntur alij, quia iſte immunis non efficitur in præiudicium oneris iam indicti, hoc dictum nempe ſi verum eſſet quæſtionẽ noſtram dubiam reddit, cum per id alij non poterunt cogi pro parte exemptæ villæ, quia iam debitũ ſalarij prætoris erat contractũ, pro quo om-

nino erat indicenda collecta,quod est cōtra opi.cōmunē Doct.in d.l.ab omnibus.& alijs locis supra, verū cū nil citet pro hac opi.quanquā eius authoritas sit magna,nō est probabilis.iuribus vulg.præterea in casu isto nō erat collecta indicta nec distributa,vt in casu Bald.ideo , &c.
77 Quapropter †cum diuersa sit q. nostra à q.Specul.dispositio à iure diuersa redditur,& ex dictis maiorum nostrorum supra potest dici , quod si villa eximatur à salario prætoris,siue à supremo Principe, siue ab inferiore, aut vniuersitate ex causa legitima , ex quo onus colle-
78 ctæ obligat vniuersitatem,quia remanet ea † licet vnus eximatur, vt inquit Barto.in l.2.C.de apo.publi. lib. 10. alij compelluntur, ratio redditur, quia Princeps, vt supra,potuit ab initio vniuersitatem in toto grauare,ergo
79 & † vnum eximere à debito citato , vt cęteri teneantur pro eo, cum non censeatur prætori præiudicasse Barto. Ang.& Castr.in d.l.omnibus.Alex.in consi. 177.colum. pen.versi.licet secus.in 2. Et hoc esse verum affirmamus quando concessio immunitatis non peccat ex defectu potestatis.At si esset inferior, vel vniuersitas quæ careret
80 potestate concedendi†immunitatem,vt si absque causa legitima concederet, non valeret. Cur. Sen.in consi.27. num 32.versi c.sed inferior. Deci.in c.quæ in ecclesiarū. num.29. de consti. Intelligamus , illum immunem esse
81 declaratum à supremo†vel inferiore iura Imperij possidente,vel ciuitate libera vel aliter de iure ritè & rectè,cū clausula,non obst.l.vacuatis. C.de decurio. lib. 10.quia alias immunitas concessa non valeret. vt latius dicetur infra q.is.num.37.

At si immunis quis efficiatur in q.Spec. si onus appli
82 cabatur Principi supremo † qui immunitatem concessit , portio exempti de summa detrahitur , ne concessio præiudicet alijs, Castr.in d.l.auus neptis & ita loquitur Specul.& videntur intelligi Alexan. in citato consi.136.
83 ista† declaratio nō videtur tuta,quia si cōmunitas grauaretur,nunquam præiudicium tertij cōsiderabile esset,

cuius

cuius contrarium dicitur.d.l.vacuatis,immunitatem nõ
84 valere in damnum tertij. vnde † quando à Principe supremo, vel alio potestatem habente, concessio valida facta reperitur derogando, d.l. vacuatis. præiudicio tertij derogatum esse censetur, vt infra citabitur.q.16.versic. 10.supra firmatis. nu.3.ideo alij ratam exempti supportant. & concessio prout reperitur seruanda est Io. And. Abb.& alij in d.c.peruenit. hoc casu concedens est consulendus si grauis est læsio, vt ibi comprobat Apost.cap. tolos.decis.348.Item pone.

85 Vnde† in paucis tot verba stabiliẽdo, si superior concedat immunitatem cui soluenda erat quantitas pecuniarum detrahitur de summa portio exempti, nec alij grauantur, idem in inferiore iura Imperij habente & ciuitate franca iudicamus,quando illis debitum erat soluendum non obst. quod præiudicium tertij non esset considerabile,si cęteri non grauantur. Quia respondeo verificari in præiudicium concedentis, & non aliorum, ea ratione, quia contra eum fit interpretatio, & vera sit
86 opinio,isto casu Specul.& sequa.& sgrauatur†communitas.vt per Alexan.in d.consi.136.quia emolumentum præstatur concedenti,idem in consi.177.col.pen.versi.licet secus.num.2.

87 At si inferior † & vniuersitas eximeret quempiam à collecta cuius quantitas superiori erat soluenda Ex quo illi non potest præiudicare, alij tenentur ad portionem exempti,quia in sui damnũ,nõ superioris, valet immunitas,nec obijciatur quod inferior & vniuersitas non pos-
88 sunt immunitatẽ † cõcedere,vt dixi,quia regulariter est. verũ,at cũ causa sic,puta si fabro illa cõcedatur, vt inq̃t gl.fi.in d.l.vacuatis. isto casu nõ possit superiori p̄iudicare, sed alij de vniuersitate grauantur, vt inquit gl.citata.

89 Huic †consideratione licet videantur obst.ea quæ dicunt Abb.Fel.& alij in d.c.accedentes. & Io.And & Abb. in d. cap. peruenit. vt referunt Apost.cap. tolosa. Decis. 448. quod in supremo seruanda sit immunitas resonat.

& non fit detractio summæ, verum integra illi soluitur. In inferiore autem vera sit opi Specu. si immunem quē cōstituat vt de summa detrahatur quia vniuersitati prę-iudicare nequit. Sed sibi tantum. Respondeo tamen opi. Specul. & aliorum in supremo veram esse propter ratio-
90 nem Doct quod † interpretatio sit contra concedentem ne redundet cōcessio in pręiudicium aliorum, hæc ratio vera est etiam quo ad superiorem, ergo idem iuris esse debet dispositio, rursus alia suadet ratio, quia si hoc ca-
91 su quādo à superiore conceditur † immunitas alij grauarētur, sequeretur absurdum, quod si quasi omnes immunes efficerentur, paucis exceptis, onus illi soluendū remaneret, quod esset iniustum, & forte impossibile. Abb. Host. & Inno. in d.c. peruenit. col. 3. faciunt ea quæ supra diximus. nu. 24. 25. 26. 27. ergo etiā in supremo immunitas non est seruanda pro vt sonat, vt alij teneātur, sed detrahitur de illa summa, exempti portio, nec est verum quod Ioan. And. & Anto. in d.c. peruenit hoc affirment. Imo in rege, & superiore loquuntur, vt attestatus est Ias. in d.l. auus neptis. num. 9. Et licet Abb. in c. accedentes. nu. 16. 17. & Fel. nu. 21. hāc doctrinam cōfirment tamen non videtur tuta per rationes supra citatas, quę etiam in supremo Principe sibi locum vendicant. vt su-
92 pra diximus nu. 74. 75. fateor † quod superior potest iuri tertij derogare si de eius volūtate cōstat, vt infra dicemus in immunitate ex priuilegio, at nō videtur velle. d. l. 2. §. merito. & §. si quis à Principe. ne quid in loc. pub.
93 Et si adhuc † obijciatur, videtur velle iuri aliorū pręiudicare per clausulam, non obstantibus, in concessione insertam, sine qua non valet cōcessio. d. l. vacuatis cum ibi not. & infra dicemus, respondeo satis verificatur in iure concedentis, contra quem fit interpretatio, & non contra alios, vt dicunt doct. in d.l. auus neptis, quia potius iuri suo quam aliorum videtur Princeps derogasse, & hæc de expressa mente Doct. eliciuntur, maxime Ias. in d.l. auus. licet non ita diffuse & plene ea discutiat,

tiat, at si summa ei non venit quærenda, per concessionem immunitatis alicui datæ cum clausula, non obstantibus, nedum communitati, verum alij videtur præiudicasse, vt ij portionem exempti subeant, per rationes citatas infra, versic. Ex supra firmatis. num. 3. 4. in q. 16.

DE COLLECTIS.

SVMMARIVM.

1 *Immunem à collectis nobilem esse extimamus.*
2 *Nobilis est qui feudum possidet.*
3 *Dominos castrorum à collectis eximunt patres nostri. & num. 4.*
5 *Qui doctoratus insignibus ornatus est etiam quod ortus sit plebeius est immunis à collectis quia nobilis.*
6 *Idem de consiliarijs etiam si ter, vel bis soluerint.*
7 *Etiam si ab officio sint amoti.*
8 *Ad eorum vxores immunitatem extẽdimus ipsis defunctis, etiam quod vir sit plebeus, si vxor est nobilis, & num. 9.*
10 *In ijs qui ruri degunt immunitas porrigitur.*
11 *Cincinatus dictator electus deposito aratro Romam proficiscitur, ac hostibus fugatis ad aratrum reuersus est.*
12 *Agricultura fauorabilis est, ita vt instrumenta ad illam doputata pignorari prohibeantur, & contrafacientes puniuntur.*
13 *Nullus à collectis quæ per as & librã indicuntur eximitur.*
14 *Talea à collectis differunt.*
15 *Nobiles de consuetudine in patria delfinali non coguntur ad onera.*
16 *Nobiles non eximuntur à collectis per supremum Principem indictis vniuersitatibus.*
17 *Nobiles pro prædijs tributarijs onera subire coguntur contra Guid. Pap.*

Mutata

18 *Mutata pſona mutat̄ rei conditio ſi pſona nō res effecta eſt.*
19 *Res obnoxia oneribus ad quemcunque tranſit cum illo onere vadit, & num. 20.*
21 *Nobiles pro prædijs acquiſitis in villa ad collectas ibi indictas per ruſticos an compellantur.*
22 *Maiora onera ſunt in villis quam in ciuitatibus.*
23 *Ad onus capitatū dūtaxat ruſtici grauātur, vſq; ad n. 29.*
30 *Ciues licet acquiſiuerint prædia in villis ibi æſtimatis non eximuntur à ſolutione onerum ibi indictorū de iure cōi.*
31 *Niſi de conſuetudine aliter conſtet, vel vniuerſitas illa conſentiat, vſque ad num. 35.*
36 *Bona deſcripta in æſtimo ſunt obligata pro collectis.*
37 *Suppoſita enim ſunt cuidam ſeruituti.*
38 *Onus rei annexum non amouetur per alienationem rei.*
39 *Ex præſcriptione bonorū in æſtimo quidā quaſi cōtractus videtur initus cum vniuerſitate de ſoluendo ibi collectas, à quo nō poteſt recedi per vnū inuito altero, vſq; ad nu. 43.*
44 *Munera ciuilia quæ ſint.*
45 *In partibus Lombardiæ acquirens bona in villis ea ſtatim æſtimo vbi acquirens degit aſcribit, ibiq́; collectas ſubit.*
46 *Doctor. ll. immunis eſt à collectis cum ſit nobilis.*
47 *Vulpianus nobilis & nobiliſſima à lege nuncupatur.*
48 *Scientia reddit quem nobilem.*
49 *Doctor. ll. illuſtris vocatur.*
50 *In eo qui actu docet ſcientiam reſtringimus, & nu. 51.*
52 *Eſt probabilis non neceſſaria authoritas Doctoris.*
53 *Doctorum à collectis immunem eſſe atteſtamur, ſi is in examine rigoroſo & non aliter inſignitus ſit.*
54 *Legē medicos. C. de profeſ. & med. lib. 10. in Doctorib. q actu docēt ſcientiā intelligendā aſſerimus, contra Guid. Pap.*
55 *Roma communis patria nuncupatur.*
56 *Doctor Romæ ſcientiam docendo veram ſcientiam dicitur interpretari, ſi alibi adulterinam.*
57 *Opinionem illam de Doctore à collectis exempto, in eo qui actu legit, eſt quæ ſcientiæ eminentioris declaramus veram eſſe, non aliter.*

Aduocatus

De immunitate nobilium. Cap. III.

1 QVAERVNT † Doct. quid de nobili, an immunis sit de iure communi. si loquimur de eo cui feudum fuit concessum, & habet merum & mixtum imperium, ac oēs iurisdictiones affirmat And. de Isern. in tit. de cap. qui cur. vend. circa prin. hūc esse ab oneribus collectarum immunem, etiam quod or
2 tu non sit nobilis, quia † feudum de quo inuestitus est reddit illum nobilem. Guid Pap. Decis. 385. quid autem, talis enim nobilis existimatur à Bald. in consil. 429. factum proponitur. num. 4. in 2. Decidit Cassa. in cons. 64.
3 nu. 6. & † in dominis castrorum annotat Cor. Perus. in
4 cons. 194. nu 9. 10. in 4. Idem † de alio nobili qui nobiliter viuit licet feudum non possideat, firmat Guid. Pap. Decis. 384. sed quid. & Decis. 88. sed quæro, col. 3. versic. multo

5 multo magis. Item † doctores plebei, qui post insignia doctoratus adepta nobiles efficiuntur, si nobiliter viuāt
6 à tales eximuntur, & idem in † consiliarijs parlamenti delphinalis tam cōmuui iure quàm de consuetudine ibi vigente decidit. idem Gui.decis.376. in generali. nec di-
7 cuntur sibi † præiudicasse etiam quod bis vel ter soluerint, vt dicit idem Guid.decis. 387. Sed quid.& hoc extenditur ad remotos ab officio, vt decis.377. quid ergo,
8 & in consi 217. omissa, nu 48. Hæc † vera sunt nedum quo ad ipsos, verum & ad eorum vxores illis defunctis, vt idem Guid.dicit in decis 379. Quæro quid, etiā quod
9 vir esset † plebeus, dummodo vxor sit nobilis, vt dicit idem Gui Pap.q.380.incip.Sed quid de muliere.
10 Amplia † vt verum sit in eo qui in villa degit, ruraliaque exercet, quia nobilitatem non perdit. nam apud antiquos ciuibus nobilibus imputabatur agricultura, vt
11 de Cincinato † apud Liuium, cęterosq; historicos legitur, qui creatus à Senatusconsulto Rom. dictator missis nuncijs vt hæc nunciarent, illū cū bobus arare inuenerūt, is ergo deposito aratro Romam profectus est, dictaturam suscepit, hostes deuicit, finitoque officio ad ara-
12 trum redijt. Quapropter † adeo fauorabilis iudicanda est agricultura, vt neque boues instrumentaque id illā deputata pignorari valeant nec distrahi. Et qui contrarium attentare præsumpserint in quadruplum mulctantur ablata restituunt, infamia notantur, animaduersioneq; Imperiali puniuntur, in auth.agricultores. C.quæ res pigno.obli.possint. Ideo & cultoribus fauendum est. Bal.in auth.ad hæc, in 2.not.C.de vsur.latius à Cor. hæc citata sunt in consi.155.nu.4.in 1.
13 Hanc decisionem † Guid. Pap. & Cass. in locis citatis in collectis quæ per æs, & libram indicuntur, non esse veram puto, quia nemo ab istis oneribus excusatur, nisi l.statuto.auth.consuetudine eximatur. l.omnes. la 2.ibique Doct.C.de annon.& trib. lib.10. cogitur enim quisque soluere collectas iuxta facultatem sui patrimonij.

L.indi-

l.indictiones.3.eo.tit.& de hoc non ambigitur,& remotis obiectis clara redditur conclusio. Non obst.ergo tot
14 decis. Guid. Pap. quia † non in collectis quæ per æs, & libram indicuntur loqui videtur, sed in taleis, quæ pro focis aut alijs oneribus indicuntur, & vigente consuetudine in illis partibus, in qua magis videtur se fundare, diuersa enim sunt hæc onera, & diuersa est consuetudo, vt dicetur infra.

Non obst.ea quæ citat Cass.in d.consi.64. qui licet loquatur in collectis, citat tamen Guid.Pap.in d decis.qui in diuersis oneribus loquitur, & cum nil aliud ad hoc propositum citet, de eo non est curandum. d.l.illam.C. de colla. est verum quod Guid Pap. decis.87. si villa, annuere videtur quod taleæ quæ indicuntur per æs, & libram in plerisque locis indicuntur,vt in Briansonesio & alijs locis quam pluribus, & etiam per capita fit distributio,vt Grationopoli,& ita se habet consuetudo. Quia respondeo quod in patria delphinali, vbi decis. emanarunt taleæ non indicuntur per æs, & solidum, ideo nobiles eximuntur,in alijs locis si per æs & libram indicun
15 tur,& ab illis eximuntur nobiles, illud est † vigente cõsuetudine in illis partibus, & de iure communi contrarium est verum, vt ipsemet fatetur in citata decis. 87. si villa,de mente Bar in l.4.§.actor.ff.de re iud. & hanc opi. de iure veram esse existimo.

16 In hac †conclusione crederem,quod si vniuersitas indicat collectam pro oneribus in ea occurrentibus, regulariter dominos castrorum & pagorũ grauare nequeat, cum superiorem imperium non habeat, vt firmat Corn. in citato cons.194.in 4. At si superior vniuersitati collectam indiceret,quæ distribuenda sit super bonis,& iuxta patrimonium cuiusque Domini Castrorum cogi possent,& ita in partibus Lombardię seruatur,vt ad onera, quæ per supremũ Principem indicuntur, nemo siue sit nobilis ortu, siue ex feudo quod possidet excusatur.

Præsupposita conclusione Guid.Pap.& Cass. Pro vera

quæ

quæ mihi dubitabilis videtur. Limitatur primo veram
17 non esse in prædijs † prius collectis obnoxijs, quæ translata fuerunt in nobiles, cum transeant cum suo onere, suaque causa.l.pen. l.fin. C. fine cens. vel reliq. annotat Cur.in consil.174.colum.1.& plenius scribit Ias.in consil.83. in 3.
18 Huic limitationi † obstant Decis.Guid.Pap.384.vbi si prædia registrata & tributaria transeunt in nobiles, conditionem illorum sequuntur, quia ex mutatione personæ mutatur rei conditio. Bart.in l.Paulus in fi.ff.de acq. hæred. firmat etiam idem Guid. Decis 372. & in parlamento delfinali ita refert fore decisum.
19 Hanc † opinionem de iure non esse veram arbitror, quia cum onus sit rei annexum ad quemcunq; transeat res cum illo de necessitate pertransit, nec à re amoueri nequit, vt declarat Cur.Iun. in citato consil. & plenius
20 Ias.in d.cons.83. non obst. † quod mutata persona mutatur priuilegium, quia id personæ erat annexum, ideo si Ecclesia vel respublica transit in priuatũ, priuilegium perdit, quia personam respicit, aliter si onus rei sit annexum, vt in casu nostro, quia ad quemcunque res transit, cum illo transit onere.

Lim.2. Etiam in casu quo nobilis ad collectas compel
21 litur, si in castro † aut villa prædia allibrata possideat, quæ in eo fuerunt alienata.iuxta æstimum ciuitatis non
22 castri, aut villæ collectas soluet, nam † maiora sunt onera, quæ comitatenses soluunt, quam quæ ciuibus indi-
23 cuntur ratione capitationis, ad cuius † onus duntaxat rustici grauantur.l.vnica.C.de cap.ciui.cens.exim.lib.11.
24 Et aliorum † onerum, quæ in villis occurunt, quæ grauiora sunt. Bart.in l.1. ff.ad muni. Cor. in consil.155. num.10.2.in 1. Calc.in cons.101.num.1. cum seq. hanc opin.firmasse censetur Bar.in l.2.in 2.not. C.de præd.& om.naui.lib. 11.not.inquit ipse pro illis, qui rusticorum prædia emunt, quæ maioribus oneribus sunt obnoxia, vt non teneantur nisi pro ijs rebus tantum. Et hoc ces-

sante

25 sante fraude, vt maiora † onera rusticus euitaret, quia sibi opitulatur. Bart. in l. 1. C. de nau. non excus. lib. 11. in l. ordine. §. in fraudem. ff. ad muni. Bald in l. sacrosancta, in fine. C. de sacrosan. eccles. nouissime quæ approbat Plot. in l. si quando, in princ. nume. 21. C. vnde vi, vbi si in casu isto ciuis ad collectas rusticorum non compellitur pro bonis cum eis æstimatis, multo magis nobilis, quia ipsa nobilitas valde prodest.

26 Istam opinionem † semper dubiam putauimus, quia cum sit res iam allibrata æstimo rurali, & in nobilē alienetur, transit cum suo onere, vt sic ad onera, quæ in castro aut villa indicuntur compelli valeat, nec quicquam ei ciuilitas aut nobilitas cōfert. l. alienatio. ff. de cōtrah. emp. l in venditione. ff. de actio. emp. firmat Abb. in c. nō minus, colum. 5. de immu. eccles. videmus & in forense
27 † qui de iure communi ad collectas pro bonis alibi possessis compelli nequit, tenens prædia in alio loco registrata. Ibidem ad collectas obligari potest vt supra diximus
28 in 2. parte, in 2. limit. nu. 1. Idem † iudicandum est in ecclesia, vt supra in 4 par. lim 5. nu. 50. dictum fuit. Cur.
29 † idem affirmare non audeamus in nobili, maxime cū illam approbet Ias. in consi. 83. in 3. & Cur. Iun. in cons.
30 42. nu. 5. Et † quanquam is pro ciuibus consuluerit, ex vi quorundam capitulorum id contigisse attestatur, dū nititur remouere rationem, quod res transit cum suo onere, illam dicit non vrgere in casu suo, ob capitula firmata à summo Pontifice ciuibus Parmensibus, & ob in-
31 ueteratā consuetudinem. cuius † vigore ciues pro bonis æstimo ruralium allibratis nunquam coacti fuerunt ad solutionē collectarum cum rusticis aliqñ circunscriptis
32 capitulis & consuetudine approbat opi. istam † quod si cum rusticis compellantur ad onera iuxta æstimum eorum, illa ratione, quia res cum suo onere pertransit. hāc opinionem Calc. in d. consi. 101. sectatus est, qui licet pro ciuibus ius dicat, culpa comitatensium euenit, qui ciuitati consenserunt, vt inquit ipse ibi num. 4. versicu. non

obst.

33 obst.aliter † ob ciuilitatem adeptam à ruralium æstimo
34 non eximerentur, cui bona sunt perscripta, nec † hoc
Principē voluisse dicitur.l.2.§.merito. & §.si quis à Prin-
cipe.ff.ne quid in loc.publi.firmat Bal.in consi. 138. pe-
35 nitus. in 1. & in consuetudine † si extaret, quæ idem
quod consensus operatur.tradit ifmet in consi.119. con
suetudo.cod.vol. Alexan.in consi.148.in 6. cui opin.ad-
hæret.Rub.Alex. in consi.9. nume. 10. 2. vbi nobiles de
bonis coguntur ad collectas indictas ab oppidanis ibi-
36 dem possessis. Confirmatur, quia cum † de iure com-
muni res descripta in æstimo fit obnoxia pro collectis
indicendis.l.Imperatores. ff.de publi.l.2. l.omnes. auth.
37 sed periculum.C.sine cens.vel reliq.est cuidam† seruitu-
ti supposita, & sic non potest alienari in nobilem sine
onere soluendi collectā, quo fundamento vtitur Ias in
38 citato consi.83. Porro † onus illud est rei annexū, nec
per alienationē in nobilem eradicari nequit, vt non sub-
eat nobilis id cum rusticis sicut ante solitum erat solui,
39 vt supra diximus. Nam inter vniuersitatem † & perscri-
ptum ratione descriptionis bonorum æstimo dicitur ce
lebratus quasi contractus de subeundo onera in loco, vt
inquit Bar.& Bal.in d.l.placet.col.4.versi. de collectis. C.
de sacrosan.eccles. glos.& Bar.in l.incola. ff.ad municip.
Bal.in l.etiam,col.pen.nu.18. C.de execu. rei iud. versic.
Itē habentes.Ancha.in consi.352.pro intelligentia, in fi.
Rub.Alex.qui concordantes congerit, in d.consi.9.nu.7.
40 in præiudicium ergo † huiuscemodi oneris non potuit
fieri alienatio in nobilem, vt non compellatur ad colle-
ctas, quæ in villa indicuntur, quia esset recedere ab illo
41 quasi contractu inuita vniuersitate † quod iura nō ad-
mittunt.l.de consensu.C.de rescin.vend.nec superior per
42 ciuilitatem † aliquibus concessam dicitur præiudicasse
castro in quo sunt allibrata bona, quominus illi ciues
de nouo creati subeant onera in loco, vbi bona eorum
sunt æstimata,vt inquit ipse.

Et ab hac opi. nō recedendo quę de iure verior cense-
tur.

tur.Non obſt.citata in contrarium, & quod aſſerit Bar. in d.l.2. Qua pro hac opin. citari poteſt, nam ſumit ibi
43 argumentum, quod † qui emit bona ruſticorum maioribus oneribus obnoxia,non grauantur, niſi ratione illorum quæ ad eum peruenerunt. Et probatur in d.l.2.ergo & iſte nobilis compelletur ad collectas, quas cogebatur alienans pro rata bonorum,quæ ad eum peruenerũt ſoluere & ſic ad indictas iuxta æſtimum villæ.
44 Non obſt. † citata per eundem Bart.in d.l.ordine.§.in fraudem. Quia de muneribus ciuilibus ſenſiſſe videtur, vt loquitur tex.& quæ hæc ſint exprimuntur in l.1.ff. de mun.& hon.& alibi.
45 Opin. ſupra † citatam putarem ſaluari poſſe in villa quæ collectam indicit iuxta æſtimum caſtri vel ciuitatis, quam non ſubeunt oppidam nec eius in partibus Lombardiæ,maxime in ſtatu Pallauicinorum,etiam ſi ruſtici adiungant illi collectæ aliam maiorem,ab onera quæ in villis ſunt maiora, vt diximus. Nam facta alienatione prædiorum in villis conſiſtentium in oppidanum, vel ciuem, is ſubito aſcribit ea æſtimo loci vbi degit, & cum eo onere ſubit,non cum ruſticis, vt prius alienans ſubibat, & hoc caſu res non tranſit cum ſuo onere,vt collectam indictam à ruſticis ſoluat.

Quæro quarto nunquid Doctor legũ onere collectarum grauari valeat & dic ſi nobilitas quę eximit, is im-
46 munis efficitur,cũ ſit nobilis † vt inquit Accurſ.in verbo,ſocietas,in l.ſocietas.§.ſocietas.ff.pro ſoc.& plus nobilis nuncupatur, quã ſi genere ortus eſſet, vt inquit Cyn.
47 in l.prouiden. C. de poſtu. quia ſcientia † reddit illum nobilem.Alex.in conſ.213.nu.2 in 6. Iccirco Vulpianus
48 nobiliſſimus appellatur † in l.dicemus, in fi.in l.2.§.fin. ff.de excuſ.tut.plura cumulantur per Caſſ.in catalog.gl. mun. in 8.par. 10.conſideratione. quem approbat Soc. Iun.in conſ.39.num.26.in 2.qui quamplures prerogatiuas quaſi Doctores conſequuntur citat. latius Alex. in leg. 1. in prima add.C.de dignit. lib.12. Felyn.in Rub.de

49 mag.Fortius illustris vocatur, †ab Alex.in l. Centurio. nu.23. versi.quinimo. ff.de vulg. & pupil. Quapropter si nobilitatem in immunitate cōsideramus, & is immunis iudicatur, affirmat Bar.in l.medicos.C.de profess.& me-
50 di. lib.10. vbi annotat ex illa l.Doctores † de iure digestorum,immunitatem ab oneribus patrimonialibus nāscisci, approbat Franc.de Alber.in suo cons.punctus talis est.Magister Cechinus.Alexan.in d l.1.Card. & Imol. in cle.2.de magi.nu.37.Odofred.in l.1. C.de mun. patrim. lib.10.& Accur.in l.ijs oneribus.in verbo, angariarū, & in l.sunt munera,in verbo principali.ff.de vaca.& excus. mun. citat d.l.medicos, vbi excipiuntur specialiter, vt firmat ipse in verbo, muneribus. hanc partē tenet Odof. in l.1.C.de mun. patrim. lib.10. & in citata l.medicos,& testatus est veram esse Guid. Pap. decis.388. quo vero, & in decis.88.in qua non fuit q.decisa.sed in d.q.388. conclusum fuit,hos esse immunes. Alcia.in pract.iud.1.par. versi.perso.quæ conuen.non poss.Car.46.

51 Quam opin. † comperio restringi à Bart. in d.l.medicos,& in l.vnica.C.de mul.& in quo loco col.4. vers.fallit in Doct. lib. 10. in ijs tantum qui actu legunt, at si non legerent,immunitatem non consequuntur.

Contra quam restrictionem insurgit Guid. Pap. in vtraque decis.asseuerans Bart.non recte sensisse, cum d.
52 l.medicos indistincte loquatur. Item † quia nihil citat consequenter non est illi credendum, licet eius authoritas sit probabilis, non est tamen necessaria, vt inquit
53 Accurs.in l.1. C.de lega. quinimo † si Doctoratus insignia susceperint in rigoroso examine, procurationisq; officium exerceant,licet actu non legant, immunitatem nanciscuntur,vt latius prosequitur.

54 At Bar. †ab hac impugnatione defendi posse non ambigimus, quia licet is secundum eum nil citet, videtur eius opi. approbari in d.l.medicos, in fi. citata per Bart. ibi,multos instituant, idest instruant, quæ de ijs qui legunt intelligenda est, cum ad proxima veniat continua-

tiue.

tiue. Thomas Parpa. in d. l. placet, numero 66. ex qua consideratione tolluntur obiecta in contrarium citata per Guid Pap primo, quia d.l.medicos. non loquitur indistincte, sed de actu legentibus. Secundo, quia Imperator ibi in fi.hoc expressit. Tertio, quia citando d.l.medicos. quæ hoc probare non videtur. Bart.loquitur sine lege. quarto, quia d.l.sancimus, de oneribus personalibus intelligitur à Bar. & Bald.ibi fortificat istam opin. Barto. ex decis. Accurs. & eiusmet in l.sed & reprobari. §.amplius. ff.de excus. tut. vbi actu legens in vrbe Rom.
55 est immunis † quia cõmunis patria opinatur ab Accurs. ibi in verbo, remissionem, qui intelligit immunitatem in sua patria nancisci, cum quo pertransit Barto. ratio
56 redditur quia Romæ † legendo veram docet scientiam, at si alibi legeret, adulterina nuncupatur, quam rationem impugnat ibi Iaco Arenen. & Bal.attestantes vbicunque legant immunitatem consequi, cum sit suæ patriæ, decus si eminentioris sint scientiæ. Quapropter
57 † inferri potest, doctores non esse ab oneribus huiusmodi immunes, nisi actu legant & sit scientiæ eminen-
58 tioris, alioquin † indocti non eximuntur, vt dicimus de
59 aduocatis indoctis qui appellatione aduocatorum † non includuntur, vt sentit Accur. in l.2. C.de postul. Aduertendum est quod restictio Bart. ex alio non videtur vera, quia si est nobilis, vt dictum est, consequenter non requiritur, quod actu legat, cum sola nobilitas eximat illum ab oneribus, dummodo sit eminentioris scientiæ. Quæro quinto. De medicis & quod à collectis sint immunes videtur tex.d.l.medicos. Et tradit Gui.Pap. decis.
60 394.de medicis † asserens semper vidisse ab oneribus illos immunes præseruari. Ex eo quia sunt constituti in
61 dignitate, cum † medicina sit dignitas, vt firmat Alex.in consi.15.col.fi.in consi.94.col.2. vers.sed ita est, in 1.&
62 cum † insignia doctoratus suscipiant publice, nobiles nuncupari possunt, vt inquit Bart.in l fi. C. de decurio.
63 lib.10. Quinimo legum Doctores † peioris conditionis

esse existimantur quam medici, quia ij vbiq; habent potestatem à iure docendi scientiam, ex qua immunes efficiuntur, quod secus est in legum doctoribus, vt per gl. & Bar. in d. §. amplius. Alcia. in d. pract. vbi supra.

Ista q. videtur dubia, cum eorum scientia ars mecani-
64 ca reputetur † ij enim obstetricibus æquiparantur, quę certam corporis partem curare solent, vt dolorem dentium & auricularum, vt asserit Bald in l. 1. C. mand. approbat Alex. in d. consi. 15. videtur probari hæc conclusio in l. si duobus, in prin. ibi, medicos autem & obstetri-
65 ces. C. cõmu. de leg. vbi æquiparantur. † & glo. in c. non sane, in verbo nec medico. 14. q. 5. annotat Spec. in titu. de salario. § postremo, in princ. At prima pars est tenen-
66 da † per ibi citata, & obiectum verũ est in medicis, qui insignis doctoratus non decorantur, quia & si medici nuncupari solent, non tamen gaudent priuilegijs medicorum, vt exprimit l. 1. §. medicos. ff. de var. & extraord. cogni. & Bal. in d. l. 1. C. mand. col. 2. versi. quid de medico, & testatus est Bar. in d. l. medicos, in doctoribus alia-
67 rum scientiarum, qui † immunes sunt à collectis, alias si doctoratus insignijs careant nõ eximuntur ab eis, vel potest responderi, quod illa æquiparatio de medico & obstetrice vera est quo ad ibi expressa, in alijs non.
68 Quid de consulibus † secretarijs, & præsulibus. Guid. Pap. decis. 393. & 398. eos esse immunes à subsidijs atte-
69 statur. in consiliarijs † ciuitatum, & officialibus hoc idem esse affirmat Bar. in l. 1. C. de immu. nemi. conced. lib. 10. qui ab extraordinarijs patrimonialibus excusantur, non ab ordinarijs. l. Exact. C. de exact. trib. lib. 10. quid de philosophis, grammaticis, oratoribus, & de filijs, ac vxoribus citatorum, supra. Alcia. in d. pract. in præd. loco decidit, concludendo istos omnes non excusari à collectis quæ indicuntur per æs, & solidũ, cum quispiã ꝑ rata facultatis patrimonij sui cogẽdus sit onera sustinere, vt supra latius diximus, ita de cõsuetudinę in parti-
70 bus nostris seruatur, quæ vti † potẽs in istis onerib. est

atten-

attendenda, vt sæpe dictum fuit, sicut in partibus Guid. Pap. seruatur illa de nō soluēdo onera, per supra citatos.

Quærunt sexto maiores nostri, an habens duodecim
71 filios † ab istis collectarum oneribus eximatur. l. si quis decurio. C. de decurio. lib. 10. hanc q. videtur decidere, quam approbat Bar. ibi. & in l. semper. §. legem. ff. de iur. immun. vbi numerus duodecim vel sexdecim filiorum excusat quem à collectis, & licet ibi expresse dicat de 16. sic ibi contigerat de facto, vt Accur. in verbo, sexdecim, declarat in d. §. legem, hanc opin. esse veram attestantur And. de Baru. Ang. & Io. Platen. in d. l. si quis decurio, & Anch. in c. 1. de censi. Guid. Pap. quæst. 401.

Contrarium firmat Bald. in d. l. si quis decurio, & de-
72 clarat illam l. veram esse † ratione cuiusdam specialitatis curæ officij, pro qua opinione videtur l. neque. C. de
73 muner. patri. lib. 10. quæ generaliter disponit † ergo generaliter intelligenda est. l. de pretio. ff. de publici. & istā opinionem late tenet Aegid. Thom. in suo tract. de collectis, char. 292. versi. numerus liberorum.

Opinio Bar. supra citata est omnino tenenda, cum de iure sit verior, per adducta in ea, & quam vti commu-
* nem * sectatus est Io. de Ana. in cons. fi. Circa dubium. Vbi Bologni. in addi. nu. 6. versi. circa cuius decisionem. Couarru. in epito. 2. par. cap. 8. num. 1. Viuius in lib. 1. suarum opinionum communium, opinione 226. vbi attestatur de communi. & quia multa citantur à prędictis patribus, cum possint circunspici nō recenseam. ad iura quæ in contrarium citata sunt patet responsio ex firmatis in prima opi. Et latius citantur per Anan. in prędicto consilio, quam opi. approbat Soci. in consi. 84. in prin. in versi. & vltra, in 3. qui asseuerat, hanc immunitatem de-
74 functo patre, extingui, quia † à iure patri conceditur ob filios, non econtra. l. fi. C. de ijs, qui num. liber. lib. 10. & plura de ista immunitate ob numerum filiorum ponūt. Aegid. Thom. in loco supra proximo citato. & Ioān. Bapti. Plot. in Rep. ad l. si quando. C. vnde vi. super decre-

to dominij Mediolani.sub rub.de immuni.& iure 12.liber.ad quos lector remitti potest, cum satis hāc speciem immunitatis amplectantur.

DE COLLECTIS.

SVMMARIVM.

1 *QVi nunquam soluit onera collectarum potest se tueri ut in futurum non cogatur ex præscript. 40.ann. & num.2.*

3 *In præscriptione 40. ann. allegato tituli sufficit.*

4 *Non esse verum in publicis functionibus Cæsari debitis, nisi debitor titulum inualidum demonstret, & se tueatur citata præscriptione, testatur Alex. & num.5.*

6 *Qui non fuit exactus per 20. annos immunis à collectis creditur, immo per decennium. & num.7.*

8 *Consuetudo collectandi à iure speciali inducitur & spatio decennij concluditur, eo modo præscript. libertatis aduersus collectas.*

9 *Ad præscribendam libertatem aduersus collectas tempus ann.c. non requiritur, ut communis est opin. Et num 10. 11.12.*

13 *Præscriptionem aduersus pedagia tempore ann.40. concludi asserimus si de libertate agitur, si de exactius, maius tempus requiritur. & num.14.*

15 *Libertas est fauorabilis, seruitus odiosa.*

16 *In præscriptione 40.ann. aduersus collectas non requiritur interpellatio communitatis debitori, at quod is tantum sit vocatus ad solutionem cum scientia & patientia communis. & num.17.18.*

19 *Quod de interpellatione diximus in actibus voluntarijs & meræ facultatis verum putamus.*

20 *Data mala fide debitoris non procedit præscriptio.40.ann.*

vt communiter à patribus nostris recipitur contra Bald. Iás.& Rub.Alex.& vsque ad num.21.

21 *Canones in dominio Imperiali, si de peccato agitur, seruantur.22.23.*

24 *Bonam fidem ex possessione.40.ann.à iure præsumi affirmãt patres nostri.*

25 *Debitorem ius ad se pertinere ignorantem non excusamus. 26.27.*

28 *Oneri non leuandi sal spatio longiss. temporis non præscribi asserimus, data mala fide debitoris.*

29 *Homines ab initio nati sunt liberi.*

30 *Præscriptio libertatis seruitutis rusticæ spatio ann. decem completur absq; bona fide, vrbanæ verò non, si bona fides absit. & num.31.*

32 *Hæc quæ de præscriptione citauimus nedum in debitore, verum & in eius hærede vera affirmamus.*

33 *Qui in æstimo perscriptus non comperitur, licet prædia possideat pro quibus exactus nunquam fuit licet pro alijs al libratis soluerit, immunis est pro non registratis.34.*

35 *Libris æstimi Creden.& maior fides adhibetur quã testib.*

36 *Relationi exploratorum attestantium tot bona præscripta esse æstimo, & tot non, creden.est.num.37.*

38 *Quem collectas soluisse, & non soluisse ex libro exactoris probatur.39.*

40 *Ex descriptione bonorum in æstimo videtur quasi contractus initus cum proscripto, & communitate de soluen. collectas.41.42.*

43 *Princeps à contractu inito cum priuato recedere nequit, etiam de plenitudine potestatis.44.45.*

46 *Maior causa vtilitatis publicæ tollit minorem rempublicã respicientem, & quæ sit. & num.48.49.*

47 *Onus diuisum in plures facilius sustinetur.*

50 *Maior præsumptio tollit minorem.*

51 *Quod inferior Princeps vel vniuersitas ciui suo immunitatem concedere non valeat à patribus nostris pro regula nobis traditum est. & num.52.*

53 *Pactio, transactio, compromissum, ac laudum super collectis non soluendis à iure prohibentur, nec partium consensu quicquam firmari potest.*

54 *Inferiorem concedere immunitatem in sui praeiudicium plerique attestantur, si releuat caeteros à solutione exempti, vel cum causa, puta meritorum. & num. 55. 56. 57. 58.*

59 *Doctori, & Medico, aut ciui nouello immunitatem concedi omnes admittunt in praedictis duobus, ratione specialitatis. & num. 60. 61.*

62 *Interest Reipublicae vt hominibus ciuitas repleatur. & numero 63. 64.*

65 *Quibuscunque prodesse valentibus, vel ijs qui prosunt communitati immunitas concedenda est, & qui sint.*

66 *Ambasciatoribus & Legatis benemerentibus immunitas à collectis datur.*

67 *Anciani, consiliarij, ac regentes de bonis communitatis bene merentibus donare de iure possunt.*

De immunitate ratione praescriptiones, in quo late tractatur materia praescribendi immunitatem à collectis. Et an talis immunitas ex priuilegio concedi valeat. Et de duplici immunitate, concessa scilicet ab inferiori, & ac supremo Principe. Cap. IIII.



VAERO septimo an qui nunquã coactus fuit ad solutionem collectarũ, quae ab vniuersitate cõtinue indicebãtur ad sanandum necessitates cõi contingentes

1 se aliqua immunitate tueri valeat. †Bar. in l. licitatio. §. earum. ff. de pub. quem sectantur Ang. Imo. & Cast. affirmauit contra fiscum spatio 40. annorum praescribi in vectigalibus, hanc opinio. in

2 in collectis † testatur Cor.Perus.in consi.199.nu.10.in 1. in cons.142.nu.2.vsq; ad fi.in 3.& in cons.268.nu.21.in 4.quāplura citat maxime cōsilia Bar.& Rom.quę à quo-
3 quā possūt perspici,& sufficit allegatio tituli † vt fatetur ipse,huic opinioni adhæret Cast. in consi.363. circa primū,nu.3.vers.vlt.videtur.in 1.qui & ipse consilium.Bar. communi Spoleti.citat,Alex.in consi.30.col.4. vers.quo
4 ad secūdum,in 5.Hanc † non esse veram in publicis functionibus Cæsari in signum recognitionis debitis attestatur ipse,quia nisi titulū validum possideat,soluens nō tenetur cursu.40.ann.hanc opi.approbat Ias.in cons.25. col.2.vers.clarum est in 3.& in consi.101.col.fi.in 4.quę
5 opi.in sciēte † se teneri ad earum solutionem etiam vera est,vt inquit Iason. ibi Cass.in consi.64. num.31.32.
6 Fortius firmat Barb. in consi.fin. inter consilia Alex. in 4.col. 4.versi.& adduco, quod minori tempore tutus est soluens, vt si per annos 20.non fuit exactus. & Ias.in consilijs citatis approbat, quia agitur de præscriptione
7 fauorabili libertatis † aduersus collectas,in qua decēniū forte vniuersitatem excluderet, vt videtur firmasse Cor. in citato consi. 268. cum collectandi consuetudo à iure
8 † specialiter introducta decennij spatio concludatur, ergo & præscripto libertatis citatæ.tradit Cur. Iu.in cons. 42.col.fin.eo vtens argum.
9 Nec obijciatur † in præscriptione aduersus collectas tēpus.c.ann. requiri cum eæ discontinuam in se habeant causam, vt approbare videtur Alex.in consi.6.in 1.Cur. Iu. in consi.90.col.3.num.9.Rubr.Alex. in consi.21.nu.
10 4.cum † factum hominis exigatur, vt per citatos Doct. Quia dico non esse verum in casu nostro tantum tēpus esse necessariū,tutus.n. est non soluens per id tempus de quo supra, & si obiecta remoueamus, clara erit opinio.

Non obst.quod videtur asserere Alexan. in d.consi.6. Quia nō firmat tot tempus requiri in huiuscemodi præscriptionibus,sed quia ibi de facto contigit, vt de consuetudine inueterata ageretur, quæ vigebat, ideo tot tēpus exprimitur.

11 exprimitur.minusq; facit consilium.Cur.Iu.cum † agatur de vectigali imponendo in territorio alieno.Et sic de seruitute,nos de libertate agimus, quæ ex non vsu colle-
12 ctandi inducta † dicitur, Guid.Pap.consi.65.col.6. vers. præterea hoc probatur,latius Crau.in consi. 111. in 1.

Non obst. cons.Rub. Alex. quia is discutit an in præscriptione ann.c.scientia requiritur, verum quod in casu nostro tot tempus necessarium sit nullum verbũ, opi.
* nostram vti cõmunem * latius prosequitur Crau. in citato cõs.3. quod scripsit in propria causa. Videmus etiã
13 præscriptionem libertatis † aduersus pedagia tempore ann.40.concludi,vt inquit Ias.in consi.81.col.fi.vers.sexto,in 3.& tractant Doct.in locis supra citatis.
14 Est enim † fauorabilis hæc præscriptio, sicut odiosa est contraria, cum in earum exactione maius tempus requiratur ratione rei liberæ à iure cõi præsumptę,tradũt Host.& Io. And. in c.nimis, de iureiur.relati.à Crau. in
15 consi.3.citato, nu.9 libertatem † enim fauorabiliorem seruitute exprimit.l.Arrianus. ff.de act.& oblig. Corn.in citato consi. 268.nu.19.29.& Crau.ibi.

Quæst.8. Occurrit circa prædicta à quo tempore hæc
16 præscriptio initium sumat. † Alex.in cons.136.col.pen. vers. item ad hoc,in 1. dicit incipere à die qua debitor est certioratus quod soluat collectas, alioquin (inquit ipse) si is non probat se ad earum solutionem vocatum, mini meq; patuisse,nõ tuetur hac præscriptione, interuenien
17 te semper bona fide, scientia, & patientia † communis. hæc ille,col.fi.ver.item nondũ,& vers.requirebant, de patientia firmat Abb. in cons.18.primo quod cõmunitas, vers.vnde non præscribitur,in 2.Cassa.in cõsi.64 nu.32.

Hoc dictum de interpellatione alienum à veritate censemus, cum à tot decisionibus patrum citatorum deuiare videatur, in quibus nulla expressio de interpella-
18 tione citatur.stabiliunt † enim conclusionẽ in casu contingenti indictionis collectarũ quas debitor soluere nõ recusauit, imo quod interpellatio non requiratur huic

opi.

opi.æstipulatur.Rub.Alex.in citato consf.21. num.3. qui illam firmauit ex pluribus. Minusq; probant citata ab eo Alex. opin. suam, vt latius hæc considerauit Crau.in memorato consi.3.nu.21. cum sequen. At opin.Alex ve-
19 ram esse † in actibus meræ facultatis & voluntatis, non in necessarijs, vt in collectis, declarat ifmet Crau. ibi.

Non ab re, circa hanc octauam q. aduertendũ cẽseo,
20 quia dubiam semper putaui, ob malam † fidem quã habet debitor, nam cum sciat se descriptum, & ad collectas vocatum, est in mala fide, & non præscribit, secundum
21 canones qui nedum in ecclesiastico † sed imperiali dominio,& vbiq;, cum de peccato agimus, seruantur. c.fi. de præscrip.in regula malæ fidei possessor. ibique glo. & Doct.de reg.iur.in 6. approbat Rom. in consi. 275. quo ad primum, nu.9. quæ in præscriptione 30.& 40.ann.ne-
22 cessaria communiter à Doctoribus existimatur. † Alex. in consf.136.col fi.versf.item nedum, in consi.37. nu.6. in
* 6.qui affirmat cõmunem * hanc esse opi & in consi.97.
23 col.2.in prin.in 4.latius † in consf.51.col.2.versf.sed præmissis, in 5. quam communem etiam videtur Deci. in consf.266.col.fi.& in consf. 267. col.pen. in 2. & in consi. 375.col.fi.eod.vol. Alex.in consf.167.num.7. in 6. Crau.
24 in consi.134.nu.15. hæc † enim bona fides ex possessione 40.ann. præsumitur, vt attestantur isti patres supra citati. At si appareat debitorem esse descriptum cum te-
25 neatur † scire illud ius ad se pertinere, nõ excusatur plene.Crau.tradit in cõsi.116.nu.6.latius in consf.146. in 1. & supra diximus, quia descriptus vocatus fuit ad collectas, quo fit vt se esse debitorem sciebat, adde Rub. Alexandri.in consi.13.nu.14.

26 Hac opi.communi † præsuppofita. Bald.in consf.257. in 2.& Ias.in consf.citatis errasse videntur, affirmãtes immunitatem hac præscriptione 40.ann. etiam à sciente se obligatum præscribi, quia data mala fide ob scientiã citatam non potest se tueri præscribens, vt inquit Bald.sibi contrarius, & Ang. in l.si quis emptionis. C. de præscrip.

ſcrip.30.vel 40.anno.Fel.in c.illud.col.2.num.3.de præ-
27 ſcrip. hæc mala † fides ſpatio illius temporis nunquam purgatur, late Crau.in citato conſ.146.num.6.

Eodem errore lapſum putamus Rub. Alex. in citato
28 conſ.21. num.3. qui oneri † non leuandi ſe longiſſimo tempore præſcribi cum mala fide affirmat, citatq; Alex. & Felyn. vt latius per eum, at ex prædictis opinionem eius improbamus.

29 Nec obijciatur † illam ſuſtentari fauore libertatis, cum rē ad ius cōe reducat,quo bona ſunt libera,noſq; liberi orti ſumus abſq; onere aliquo iniūcto,vt citat ipſe.

Quia dico opin. noſtram veram eſſe, tam in præſcribenda libertate,quam ſeruitute, ita indifferēter loquuntur Doct.ſupra citati,nec quicquam Alex.& Felyn.in op
30 poſitum citati faciunt, quia † ad præſcribendum libertatem ruſticæ ſeruitutis ann.10.ſufficiūt,abſque bona fide & tit.in odium negligentis,ipſi affirmāt,& approbant
31 idem Alex.in conſil.fin.in prin. in primo. At † ſi vrbanam ſeruitutem præſcribimus & illius libertatem, bona fides requiritur, ergo ex ijſdem met verbis illorum comprehenditur opin.illius non veram,quod ad præſcribendum generaliter libertatem, bona fides non exigatur, maxime in longi,vel longiſſimi temporis præſcriptione, de qua tractamus, cum ij affirment bona fidem non requiri in præſcriptione libertatis ruſticæ ſeruitutis tantum, in alijs vero data mala fide libertatem non præſcribi aſſeuerant.

Primo, Ampliatur hæc conſi.in hærede,qui in ius de-
32 functi ſucceſſit † etiam quod factum ignoret, Alex. in conſil.citato 97.col.1.in 4. in conſil.84.in 1.in conſil.3. col.fin.in 5.in conſil.51.col.3. verſic.quinimo,in eo.vol. in conſil.110.col.3.verſic.ſecundo,in 1.Dec.qui alia con
* gerit, & atteſtatur hanc eſſe opin.communem * in conſil.272.col.5.& 6.in 2.Soc.Iun.in conſi.93.num.15.cum ſequen.in 2.hoc non procedit in prælato ſucceſſore pręlati mortui; qui non in ius vniuerſum, ſed in beneficio

quod

quod ab instituente recognoscit succedit, quia licet antecessor malæ sit fidei, si is sit bonæ, præscribit. Abb.c.grauis, num.10. de rest.spol. nam illius vitium non afficit successorem.

Quæst.9. Decipi potest ex prædictis, de præscripto in
33 æstimo † communis prædia possidente, & non allibrata, an dicatur immunis. Bar.in l.Titiæ textores, in 2 not. cum quo omnes transeunt, affirmat hunc immunẽ esse, quia cum ex inspectione æstimi bona perscripta nõ com
34 periuntur † non cogitur pro illis onera subire, huius-
35 modi enim libris creditur, & maior † fides illis adhibenda est quã testibus.l.census & monumenta.ibiq; Accurs. ff.de prob.citat Cur.Iun.alias in cons.106.num.5.6.& su
36 pra diximus, libri enim † per exploratores à iudice demandatos inspiciuntur, quæ bona ibi sint perscripta, & quæ non, quorum relationi credendum est, vt inquit
37 Cur.ibi.num.10.sicq; † collectas soluisse & non, ex illorum inspectione solutiones verificentur. Barb.in cõs.52. inter cons.Alex.col.2. versic.vbicunque, in 4. si debitor
38 † descriptus non comperitur clare constat illum debitorem non esse.Cor.in d.cons.268.nu.21.in 4. Dec.in con-
39 sil.496.nu.8.in 3.finge aliquem duo prædia † possidere, vnum allibratum pro quo subit onera, alterum non, pro quo non fuit exactus, ex isto immunẽ esse credimus, ma
40 xime ex taciturnitate vniuersitatis, si pro † descripto collectas acceptet, & pro alio non registrato nõ petierit describi in æstimo, vt prosequitur Crau.in citato cõs.nu.4.

Hucusque vidimus, qui à iure communi sint immunes, superest vt discutiamus de immunitate ex priuilegio & qui illam concedere valeant.

Quæro ergo decimo, an immunitas priuilegio conce-
41 di valeat † vt quis ab oneribus collectarum, quæ per æs & solidum indicuntur subleuentur, rem dubiam reddit
42 descriptio æstimi † bonorum alicuius, qui cum vniuersitate quasi contrahere censetur de subeundo collectas ab ea indictas pro d.bonis, cui ius est in illis adeo quæsi-

tum,

tum, quod descriptus in dicta vniuersitate ab illa recede
43 re non valeret. Nec Princeps † concedens immunitatem, si cum priuato contraxisset, ab ea recedere posset. l.de contractu.C.de rescin.vend.c.1 de probat. Cy. & cęteri not.in l.digna vox. C. de leg. supra late firmauimus in 3.q.in 2.limi.nu.39.40. quartæ partis, imo de plenitudine potestatis contrauenire nequit, vt inquit ibi Castr. ideo sicut directe contractum tollere non potest, ita nec per indirectum priuilegio immunitatis mediante, vt inquit Deci.in consi 48.col.3. versic.4. ista conclusio. in 1.is enim habet vim legis l.Cęsar. vbi Bart. ff. de publi.in l.ciuitas.ff.si cer.peta. in l.penul. C.de dona. inter vir. & vxo. & eius contractus dicitur bonæ fidei, teste Bal.in tit.de pac.Const. §.si qua vero. Ias. Instit. de act.§. actionum, in princ. maxime cum de iure vniuersitatis
44 agamus † quod, vti quæsito ex contractu, tollere non potest, vt moder. affirmant, in d.c.1.de probat. ijq; sunt
45 iurisgentium † vt dominia.l.ex hoc iure. ff.de iust.& iu. tolli quæ talia, ab eo nequeunt nisi cum causa quæ vtilitatem publicā respiciat. l.itē si verberatū. ff.de rei vend.
46 At maior † causa videtur vtilitas publica, vt quis ad functiones publicas pro prædijs descriptis compellatur, cum eius & patriæ intersit ne ab illis exoneretur in præiudicium aliorum qui ob immunitatem illam in plus grauarentur, subeundo onera pro exempto, quod à iure non conceditur. l.1. C.vt nul. ex vic. lib.10. onus enim
47 quod in plures † diuiditur facilius sustinetur. arg. tex. c.fi.de conces. præb. hæc vt supra diximus etiam ab Anchar.considerantur in consi.260.in quæstione.
48 Rursus hæc onera † pietatem & personarum tuitionem etiam miserabilium respiciunt, quia multoties indicuntur pro reparatione murorum castri, vel ciuitatis, pontium, & viarum, vt ab incursu hostium defendantur vt ij à territorio quod inuadunt & deuastant discedant, & similibus, in quibus vtilitas publica versatur, & à quib.nō eximitur ecclesia, vt diximus, quæ alias est im-
munis,

munis, vt latius hæc citat Anc. in cõſ.96. ſuper d.dubio.
49 Præponderat † enim hæc vtilitas publica alteri vtilitati publicæ, ideo præferri debet l.1.§.ſunt autem qui putant.ff.ne quid in flum.publi. affirmat Iaſ.in l.1. nu.39. ff.ſolu mat.ſimile dicimus de duabus prçſumptionibus,
50 vnam † fortiorem vincere debiliorem, vt no. glo.in cap. tranſmiſſæ, qui filij ſint legit.

Ijs & alijs, quæ in contrarium citari poſſunt non obſtan.opinionem contrariam de iure veriorem eſſe exiſtimo, & hanc q.in duo membra partiendam duximus, in primo de immunitate ab inferioribus data tractabimus in 2.quid de conceſſa à ſupremo Principe.

51 Circa † primum, per inferiorem Principem aut vniuerſitatem à iure prohibitum eſt immunitatem ciui ſuo regulariter impartiri. l.vacuatis. ibiq; Bart. C.de decur. lib.10.notat.in l.2.ff.de iure immu.citatur l.1. C.de immu.nemi.cõced.li.10.ſub nullitatis pęna, vt inquit Bar.
52 in d.l.2. hæc† enim eſt regula à patribus noſtris tradita teſte Alex.in conſ.101.col.3. verſic. nam regula eſt, in 1. Cur.Sen.in conſ.27.nu.33. verſi. ſed inferior. Deci.in d. c.quæ in eccleſiarum, nu.29.qui citat concordantes. Iaſ. in conſi. 101.nu.1.in 4.in conſi.83. col.2. verſi. non obſtat.in 3.Deci.in conſi.638.nu.10.in 4.Calc.in conſ.101.
* num 2.& hoc omnes * admittunt vt inquit Cur. Iun.in conſi.60.num.12.

Primo amplia vt nedum conceſſio valeat, verum nec
53 pactio, tranſactio, †compromiſſum, ac laudum latum, nec in vim pacti partiumve conſenſu firmari valeat. Cur.Iun.in conſi 60.num.13.& ſupra diximus.
54 Quam plures †à patribus noſtris citãtur limitationes in quibus immunitatem hãc conceſſam de iure validam eſſe affirmatur, prima eſt in præiudiciũ illorum, qui immunitati aſſenſere, non fiſci, vel alterius. Accur.& Bart. teſtibus in d.l.vacuatis. Calc.in citato cõſ.101. col.2.verſi.& licet Iaſ.cõſi.101.col.2. verſ.primo ſupra memorato. citant.l.inter debitorem. & l.epiſcopalia. §.pactum.ff.de

pact.

pact. Rom.in consil.252.pro decisione,in primo dubio.

55 Hæc limitatio ita † generaliter intellecta videtur dubia,quia Bar.in d.l.vacuatis,in fi.declarat glos.ibi concessione non subditi,& in d.l.1.affirmat ciuitatem immunitatem ciui suo concedere prohiberi,licet alij de nouo venienti ad habitandum concedatur,in ijsdem terminis videtur intelligendus Rom.in citato cons.252.

56 Quapropter † Alex.in cons.30. col.4. versic.præterea illa gl.in 5.non approbauit gl.in d.l.vacuatis, vt generaliter communitas ciui suo immunitatem dare valeat, nisi cũ causa, vt quia de illa esset benemeritus. Quam opi. videtur firmasse in cons.101. in primo,vbi inualida fuit immunitas data illi qui ad collectas cogebatur per communitatem, expressius improbauit Abb.hãc decisionem in c.2.num.16.18.21. versic.ex ijs infero, de immu.eccles. communitatem ciui suo immunitatem concedere non posse in sui vel superioris præiudicium, citat d.l.2.

57 ff.de iure immu. & Bart.ita firmasse ibi † declarat, nisi ex causa concederet, vt Doctori medico, vel de ea benemerenti.l.1.C.de decur.lib.10. aut ciui nouello, quia ijs casibus valida à iure censetur. d.l.2. l.pen. ff. de decr.ab ord. facien hanc opinionem videtur etiam approbasse in c.accedentes, de præscrip.colum.3. versic.secundo casu,& ibi Fel.num.21.

58 Teneo limit.citatam, † nec placet declaratio Abb.ita generaliter firmata, quia non video cur inferior in sui præiudicium immunitatem dare non valeat, detrahendo ratam exempti si sibi est soluendum, vel soluendo alteri dictam portionem, quia videtur tex.in d.l.inter debitorem,vbique Accur.firmasse videtur,& in d.l.episcopalia.§.pactum, & in ijs terminis declarare velle videtur Accur. in d.l.vacuatis, in verbo vacuatis, vt in præiudicium concedentis,non fisci valeat immunitas, & melius & expressius firmatur in glos.fin.

Et in villa consuluit Ang.in consil.227.punctus talis est,tradidere quæ Calc.& Ias.in citatis cons.101.& Ioan.

And.

And.in d.c.2. Specul.in tit. de cens.§.nunc dicendum, & per citata iura fuit de mente Rom.in citato consil. 252. qui, licet pro ciue nouello opin firmauerit, vrget tamen ratio indifferenter citata, quod pro oneribus nō soluen. valeat conuenire, etiam pro subdito, quod ad præiudicium paciscentium, non fisci, vel alterius.

59 Non obstant ea † quæ adducit Alexan. in d.consi.30. quia glos.expresse firmat, villam fabro concedendi immunitatem potestatem habere, soluendo pro eo, ne alij in plus grauentur, nec ibi requiritur cōstare de benemeritis. Nec obijciatur quod ratione eius exercitij immunis ille faber efficiatur, quia villæ benefaciebat, quia si hac ratione esset immunis, glos.non exprimeret, quam concedentes soluent pro eo ne alij grauentur, quia immunitas de iure valeret simpliciter absque solutione aliqua illius partis vti concessa illi qui prodest villæ, vt infra in sequēti limitatione num.65.firmabitur, & si dicet quis Alex. citare aliā gl.in verbo vacuatis. dico illā probare quæstionem istam vt in præiudicium cōcedentium valeat cōcessio, eo maximè si cęteri in plus non grauentur, alioquin si non releuētur cęteri, fateor concessionē non valere, & isto casu forte saluari potest Abb.& Alex. qn̄ cęteri grauarentur si ita intellexissent, at quia præsupponunt concessionē non valere si de meritis non cōstat, consequens est quod illa gl.aliter non possit intelligi, patet vt supra diximus, quia præsupponendo præiudicium concedentis nō requiritur causa meritorum, quia cum causa, & absque consideratione illius præiudicij.

60 Nec obiecta d.consil 101. quicquam faciunt, † quia commune Rhodigij impugnabat immunitatem ab eo concessam ratione magnæ læsionis, in casu nostro aliter est, quia soluendo pro exempto non subest ratio cur valida non sit de iure.

61 Et ex † ijs secunda elicitur limitatio, vt inferior ciui nouello concedere immunitatem valeat, loquor semper de Principe inferiori vel vniuersitate, aut commu-

L nitate

nitate inferiori.Bar.in d.l.vacuatis,& in citata l.2.firmauit immunitatem de iure validam,& Rom.in citato cōsil.252. redditur ratio, vt hominibus respublica replea-
62 tur,cum eius † intersit,vt sentit Rom. in cons.59.ad discutiendum, quam opi.firmat Alex.in cons.148.num.9. in 6.& in citato cons.101.col.1 & 2.& 3. vers.& ideo, & in d.cons.30.col.3.vers.9.ad 3.in 5.Calc.in citato consil. 101.num.2.3. Ias.in cons 1. col.1. vers.& per hoc, in 1. Alia ratio traditur ab Alex.in citato cons.101.col.3.vers. nec mirum quam videam.

Eo modo ad tertiam limitationem infertur, vt Docto
63 ri † & medico concessio immunitatis data per inferiorem valeat. l.1. C. de decur. lib 10. Bart.in d.l.secunda, vers. sed quæro, & firmant Alex.Ias.Abb.Felyn. ac cęteri relati in locis citatis, & hoc ratione specialitatis istis inferioribus à iure conceditur, vt inquit Accur.in l.1.in verbo cura.vbi Alex.firmat.C.de decret.decur.lib.10. ratio concessionis est,quia valde prosunt ciuitati. Videtur
64 hæc immunitas † superflua in ijs duobus, cum à iure communi immunitatem nāciscantur, vt supra diximus quæst.4. num.46. & quæst. 5. num.60. At non est vana, quia citata supra sunt in legentibus scientiam. l.medicos.C.de medi.& professo lib.10. hic in non docentibus actu, sed qui aliter prosunt ciuitati, ideo dignum est vt immunitatem consequantur, nisi consideremus nobilitatem ob quam immunes efficiuntur, vt diximus, quia varia esset concessio ex priuilegio, at prodesse valet,iura iuribus addendo.

65 Hanc limitationem † ad quoscunque alios extendimus qui prosunt vel prodesse valent communitati, vt sunt quæstores, assistentes lateri Principis, & similes, vt loquitur Bar.in d.l.vacuatis, & plene tradit Ias.in citato cons.101.col.2.vers.respondeo.

Quartam citant nostrates limitationem, vt ambascia-
66 toribus legatisq; redeuntibus, † & similibus concedi valeat immunitas ob eorum merita, vt inquit Bar.in l.ambitiosa,

bitiosa,col.2.vers.quæro vtrum liceat.ff.de decr. ab ord. facien. Alex.in prædicto consil.101.col.4.versic.præterea illa glos. in 5. Ias.in d.consil. 101.col.3. versic. Quinto, 7 Felyn.in d.c.accedentes,in fi. Anciani † vero,consiliarij ac regentes communitatis de bonis ciuitatis, vel loci authoritatem habent à iure donandi benefacientibus, & de illis benemeritis.l.iubemus.§.scientes. C.de sacrosan. eccles.iuncta glos.ibi.

DE COLLECTIS.

SVMMARIVM.

IN actu quem partes de iure facere nequeunt earum assertioni de meritis non est credendum, secus si libere disponere valent, quia generalis assertio sufficit, & numero 2.3.4 5.

6 *Citatam opinionem non esse veram dicimus iuramento interueniente, quia assertioni de meritis in specie expresse inter personas prohibitas fides adhibetur, vt dispositio valeat.*

7 *In immunitate ab inferiori, vel vniuersitate alicui data probanda sunt merita secundum quosdam.*

8 *Alij vero quos approbamus affirmant non probari merita, sed assertioni simplici credi, ratione per eos citata, & nu.9.*

10 *Assertio geminata meritorum operatur illorum probationem quo ad damnum tertij, & num.11.*

12 *In casu quo assertioni meritorum adhibetur fides, præsumptiue tantum creditur, non quo ad probationem plenam contra Ias.& num.13.*

14 *Maior authoritas in Principe, quo ad assertionem consideratur, quam in decurionibus, ciuitatis.*


15 *Donationi, à patre filio in potestate collata contrauenire nõ posse dicimus, veriorẽ opinionẽ sectando, & nu.16.& 17.*

plerique affirmauere, alij vero contrariũ asseuerarunt, quorum opi. uti veriorẽ testantur nostrates ac approbãt.

16 *Quanquam Princeps ius quæsitum de iure ciuili recte tollere valeat sine causa, tamen peccat.*

18 *Princeps ex rectitudine rationis agere debere, & non aliter Doctores testantur.*

Merita an requirantur in donationem, & multa de authoritate Principis circa ius positiuum. Cap. V.



Vodecima ex prædictis occurrit q. quam incongruam non putamus, an de meritis eorum, quibus † est facta cõcessio con-
1 ne† causa cum clausula, de plenitudine potestatis, Principem dominium quæsitum tollere, & contrarium asserentes mentiuntur, vt inquit Ang. in l. item si verberatum. §.1. ff. de rei vend. & ante eũ plures hanc opi. dixere verã. Io. And. in c. 1. de cauf. poss. & propriet. Hosti. & Io. And. in c. in nostra, de procur. Butri. in c. cum olim. de re iud. Bal. in l. nec causas. C. de appell. in l. fin. C. de fruct. & liti. expens. in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iu. in l. 2. C. quomo. & quando iud. & idem Angel. in l. 2. C. de quad. præscrip. Barb. in consi. 64. col. penult. in 4. Iaf. in

consi.227.col.9.versi.12 in consi.236. col.2. versic.confirmare,in 2.in consi.107. colum.2. versic.planum,in 4. vbique decisionem Ang. approbans, & consulit Alber. de Rosate,in ciuitate Pergami, vt refert Castr. in l.quoties.C.de preci. Imper. offer. quamplura citat Sicu.in d. c.quæ in ecclesiarum, col.pen. de constit. Deci. in consi. 191.num.4.& in consi.269.num.7.in 2. sectatus est opi. citatam.

2 Ratio citari † potest, quia plenitudini potestatis nil resistit, quia si libet licet. l.Princeps. ff.de leg.Bal.in c.1. colum.11. de constitut. huic plenitudini nemo contradicit,cum nulli necessitati sit subiecta, nullisq; publicis regulis limitata.vt inquit Bald. in l. 2. col.7. C.de ser. &
3 aqu.est † enim super ius Princeps, & de plenitudine potestatis,supra,& contra ius disponere potest. cap. propo-
4 suit,de conces.præben.est lex animata † in terris, vt fatetur glo.in §.pen.in auth.de consul. & in l.& quia.ff.de iurisdict.omn.iud. nec ei dici potest cur ita facis. Bal.in præiud.feud char.penul. & in l.si.colum.1. C.senten.re-
5 scind.non poss.& de illius † potentia sacrilegium est di-
6 sceptare.l.sacrilegij.C.de crim.sacrileg. Nimirum † ergo si cum clausula supra citata potest subdito dominium quæsitum sine causa auferre.

7 Contrariam partem, † & de iure veriorem plerique affirmarunt,sine causa tolli hoc dominium quęsitum al teri Principem prohiberi, cum causa vero iusta concedi, Io.de Ana.in consi.81.num.4 Rom.in consi.310. in casu proposito. Abb.in consi.77. in quæstione quæ. col. 2. in secundo.Socin.in consi.266.colum.17.versic.sed præmissis,in consi. 164. col.7. versic. quintus casus, in 2.in consi.120.col.pen. nu.14. versic.sextus & vltimus, in 4. Cur.Iun.in consi.primo,num.29.in consi.138. nu.quin-
* to,asserens communiter * recipi,quam communem opi nionem testatur. Fulg. in consi.61. domina Catherina. col.3. versic.4.quia ratum, & Fely. in c.quæ in ecclesiarum,nu.54.de const.& Deci.nu.26.Bal.in consi.401. super

per eo.nu.2.in 4.Cur. Sen. in consi. 66. col.7.8. Castr.in consf.517.viso & examinato,col.pen. versic. ijs non obst. in 1.Alex.in consi. 101. col.5. versic.quæ superior, in 1. in consf.189 col.1.& 4.versi ad tertium, & in consi.215. col.4. versic.secundo, & versi.pro hoc, in 2. Iasf.in consilio 233.col.7.versi.vndecimo facit,& in consf.227. col.9. versi.tertiodecimo,in 2.Deci in consi.271. nu.6.in consf. 361.nu.8.in cõsf.269.nu.7.in cõsf.390.nu.10. in cõsf.357. nu.5.6.in 2.in consf.520.nu.4.5.in consf.588.nu.13. in 3. in consf.606.nu 8.in consf.689.nu.13.in 4.Goz. in cõsi.5. nu.18.19.21.in consf.9. nu.48.49. Crau. in consi.5. nu.5. in consf.7.nu.10.in consf.135.nu.7.19. 20. 27. & de anti. temp.in 1.par.q.1.nu.51.vbi latissime, ex quibus citatis cuipiam clare constat, hanc esse communem opin.

8 Quam † veram testatur Soc.Iun.in consf.94. num.17. in 2.in dominio quæsito ex actu puro,secus si is erat cõditionalis, & nedum in directo hęc opin.verificatur, ve-
9 rum & in vtili dominio, † vt inquit Alexan. in consf.11. nu.6.in 6.& Dec.in consi.citato.606.nume.8. causa autem in Principe consideratur quæ vtilitatem publicam
10 respiciat, † vt pro bono pacis, pro euitandis scandalis, vt asserit Alexan.in consi.136.colum.fin.in j. & traditur per Doct. supra citatos. casus speciales citat Guid. Pap. in consi.195.in causa,col.2. versi.secundo quia, alios citat Afflict.decisf.361. nu.5.6. hanc opi.intelligunt Doct.
11 dummodo pretium † tradatur illi cui dominium rei aufertur, vt inquit Arch.in c.principalem,9.q.3. Fely.in d. c.quæ in ecclesiarum, vbi quam plura congerit. nu.41. & Dec.numero 26.& in consi.520. num. 10. in 3.Iasf.in consi.1.colum.8. versic.nono, & in consi.133. colum.8. versic.vndecimo,in 1.Soci.in consi.120. nume.11. in 3.
12 qui concordantes citant. Et veram illam † affirmant citati patres quando per directum tollitur à Principe dominium, alioquin si per viam legis generalis. Anchar. in consilio 351.pro intelligentia, columna finali, aut illius culpa eueniret. Deci.in citato cap. quæ in Ecclesia-

rum,num.26.& in consi.520.num.10.in 3.de hoc latius infra num.53.dicetur.

13 Et hac † quæstione pro vera existente, quod Princeps tollat ius quæsitum sine causa,aut cum causa, differentiam non inuenio,cum ob pretium obligetur,quo fit,vt Ang. in citata lege, item si verberatum. §.1. & sequaces saluari valeant, cum vtroque casu non inferatur damnum illi cui dominium aufertur vt considerat Deci. in d.c.quæ in ecclesiarum,num. 41.

14 Oritur † ex prædictis q.an causa exprimatur à Principe,vel in eo præsumatur.Alex.in cons.2. col.fi. in 1. fatetur causam in ijs quæ sunt iuris positiui semper præsumi,approbat Ias.in consi.233. qui concordantes adducit,col.fi.in 2.Cur.Sen.in consi.66. num.73. col.7. latissime per Crau.in citato consi.135.nu.41.vbi quam plura cumulat, verum de hoc quærere vanum existimo si pretium à Principe venit soluendum, vt dictum est.

15 At si ea † quæ iuris gentium concernunt consideramus,causam ab eo exprimi oportere, & quidam iustam, vtilitatem publicam respicientē,testatur Soci.in cons.4. nu.5.& in cons.120.nu.12.in 3 in cons.260. col.penult. vers.aliquando & tertio, in 2.Fulgo. in d.cons. 61. Deci. in cons.357.nu.6. Crau.latius in citato cons.135.

16 Primo hæc opi.limitatur † quando causa aliquo modo imaginari valet, quia eius expressio non requiritur, & tunc pro actu Principis est pręsumendum.Soci.in citato cons.266. col.pen. versic.aliquando & secundo. Cur. Sen.in cons 66.nu.7.cons.74. versic.& illud,in cons.20. col.4.num.17.versi.quinto respondeo, & cons.5.nu.21. & in consi 50 col.77.nu.410.Cur.Iun.in cons. 170. nu. 23.Ias.in cons.233.in fi. in 2.Soci.Iun. in cons.65. nu.8. in 2.Goz.in cons.5.nu. 19.Dec. tamen in citato c.quę in

17 Ecclesiarum † & ante eum Imo.in c.nā concupiscentiā, col.11.versic. extra glo. de constit.hanc opin.improbant, quia semper aliqua causa posset imaginari, vt per eos latius, at cum prima opi.sit cōmunis * vt patet ex prædictis,

ctis,de eorum opi.non est curandum, nec quicquã facit obiectum, nam si ex verisimili causa & iusta agat Prin-
18 ceps, † nullaq; alia valet imaginari, ex illa Principem egisse dicemus, nec alia iustificatio requiritur, vt asserũt Cur.Sen.in d.cons.20.num.21.cęteriq; supra citati, nec verum putamus causam semper imaginari, quia datur instantia in casibus quibus cõsuluerunt Soc.Sen.& Soc. Iun.ac cęteri tuentes opin.hanc,qui asserunt in illis casibus nullam posse imaginari, ergo non semper imagina-
19 tur, vt fatetur Imol. & decis. declaramus illam † quæstionem,causam non iustificari expressam à Principe, & quidem iustam, veram esse quo ad præsumptionẽ duntaxat,non plenam probationem, ob quam onus probandi contrarium in aduersam partem transfertur,vt testatur Crau.qui hoc latius prosequitur in citato cons.135. nume.42.quia si plena induceretur probatio illius assertioni fides adhiberetur, contra ea quæ citata sunt supra in prima lim.12.q.nu.12.13.14.

20 Ex quibus † videtur posse dici. Alex.in d.consi. 101. col.6.in 1.non recte sensisse,quod dominium ex contractu quæsitum tolli à Principe valeat cum causa, quæ in eo præsumatur,à qua opin. videtur recedere in cons.97. col,fi.in 3.& in cons.203.nu.11. & in cons.224. nu.6.7. in 6.Quia nõ pręsumimus causam nisi quando alia imaginari non valet,in quo casu Alexan. non ita velle censemus.in eum errorem lapsus est Goz.in consi.5. nu.19.& in cons.41.nu.13.quod clausula,motus proprij, in Prin-
21 cipe † causam præsumi operatur, immemor contrariũ firmasse in cons.14.nu.18. Principem tertio præiudicasse nolle per citatam clausulam nisi aliter de præiudicio lo-
22 queretur,etiã quod paruũ esset, cui de paruitate † præiudicij,assentit Ias.in cons.213.nu.6. versi. ad istud,in 2. & Dec.in d.c.quæ in ecclesiarum,nu.35. hãc opinionem de citata clausula quod causæ expressionem operetur, firmauit Ias.in consi.105.col.pen.versi.nec huic, num.4. in 1.cuius contrarium attestatur in consi.233. col.3.ver-

23 sic.4.facit,& col.fi.in 2.causam †non præsumi in Principe in ijs quę sunt iuris gentium agendo cū clausula,motus proprij, cum in ijs quæ à Principe, ignorari præsumuntur,& illi sunt incognita,effectū nō sortitur, quod approbat Cur Iun.in consi.142.nu.8.9.Soci.in cōs.120. num.9.10.in 3.Dec.in consi.689.num.11.12. in 4.

24 Et licet † vt firmauimus supra nu.19.causam à Principe expressam quo ad præsumptionem effectum sortiri, non deficiunt qui contrarium sensere, vt Curt. Sen. in cons.66.nu.73.col.7. vers.& ideo dux, quod probatio in contrarium non admittatur. Quam opinionem approbasse videtur Soci.in consi.87.col.8. num.20. in 3. Goz. in consi.5.nume.19. Afflict. decis. 305. num.15. opinionem contrariam vti veriorem, & communem * admittunt alij Doct. & quam firmauit idem Soci. in cōs.120. num.12.in 3.& in consi.266.col.pen. vers.& ad obiectionem,in 2.latius Crau.in consi. citato, & de antiq. temp. in j.par.q.j.num.14.cum sequen.

Secundo limitant nostrates opin. quod sine causa ius
25 quæsitum à Principe † tolli non valeat, non procedere si Princeps fuit causa acquisitionis, vt si rē donauit Titio,reuocat donationē sibi quæsitam perfecte absq; causa,citatur Ange. in l.Antiochensium. ff.de priuileg.cred. Bal.in l.qui se patris,col.pen C.vnd lib. vbi reuocat Princeps suum priuilegiū etiam quod ius sit quęsitum. Ang. approbat Goz.in consi.8.nu.38.in cons.5.num.17 ibi in dominio alicui quæsito ex scientia,præscriptione,vel vsu
26 capione, † decis.in cons.252. in fi.in 2.in cons.498. numero 29.in 3.Cur.Iun.in cons.1.nume.20.in cons. 138. numero 5.6.in consi.156. num. 18. Qui asserit hanc limitationem dubiam reddi quando dominium fuit perfecte quæsitum,attamen illam firmauit in consilio 174. nu.13. & veram resolutionem testatus est Cassa.in consi. 66.col.pen. nu.60. vers.contrarium tamen opinionem, nam cū sit acquisitionis causa Princeps, nil obstat quin ad sui libitum reuocare valeat, cui opi. accedere videtur

Alex.

Alex.in consi.2.colum.pen. vers.nec ad hoc obst. in 1.vbi Princeps aufert actionem ex contractibus descendentē, licet ipsos contractus sine causa non tollat, licet hoc verum sit in dominio iure ciuili quæsito, vt sunt actiones,
27 at in priuilegio † à se concesso contrarium firmat in consi.1.vol.6.versi.& pro hoc patet, & in consi.214.col.4. vers.secundo, nu.2. Dec. in d.c.quæ in ecclesiarum, numero 37.citat Ang.in d.l.Antiochensium.
28 Quod sane intelligas † qn̄ sine pretio & gratis conceditur,alias si pretio accepto, quia in contractum transiuit est irreuocabile, & dolum committeret Princeps, & de fide rupta argueretur,nec qui secum cōtraheret inueniret,vt per plura concludit Dec.in consi.286.num.4.& in consi.292.nu.7.in 2.Ias.in consi.1.col.2. versi.3.principaliter,in 1.de hoc plene dicemus infra in 5 par.
29 Et per hanc † limitationem quæ cōmunis videtur,altera magis cōmunis destruitur, quam supra citauimus q.14.nu.55.quod dominium à iure ciuili quæsitum sine causa tolli nequeat à Principe,quia cum illius facto pro cesserit sola eius voluntate adimitur, vt decidit Ang. in l.Lucius.ff.de euict.ab omnibus citatus,hæc opi.viua ratione comprobatur,quia licet dominium sit de iure gentium.l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure, quod sine causa tol-
30 li nequeat † vt omnes communiter testantur, tamen causam illius acquisitionis quæ est de iure ciuili,vt omnes admittunt,aufert Princeps sola eius voluntate,ideo vti principalis est consideranda, non dominium quod venit in consequentiam.Bald.authore in l.fi.col.fi. versi.
31 pone. C.senten. rescin. non pos. vbi sublata † sententia per Principis rescriptum,& dominium quod vti accessorium consecutiue venit sublatum censetur, quam rationem citat Dec.in d.c.quæ in ecclesiarum,num.36. & tacito authore dixit Goz.in cons.85.nu.15. illamq; in primis adduxisse videtur Alex. in d.consi.2. col.pen. versic. nec ad hoc obst. in 1.remouendo obiectum de testamento quod à Principe sine causa tolli nequit, cùm à iure

gentium ortum habeat, asserit actiones ex eo descenden
32 tes, † ac ex omnibus contractibus quæ sunt de iure ciuili sine causa tolli ab eo. Quo fit vt auferendo ius agendi ex testamento tollat ius quæsitum ex eo, licet acquisitio à diuino iure nascatur.

33 Hæc ratio † non satisfacit, quia sequeretur quod dominium semper per indirectum tolleretur auferẽdo acquisitionis causam, quod à iure prohiberi videtur. c. cũ quid vna via. de reg. iur. in 6. l. scire oportet. §. materia. ff. de tuto. & curat. dat. ab ijs, tradit Dec. in consil. 48. col. 3.
34 versic. vnde, in 1. per quæ iura † asserit Principem per indirectum priuilegia non reuocare quando directe nequit, ne per indirectum liceat, quod de iure directe prohibetur.

Rursus si auferendo causam acquisitionis dominium sublatum foret, nunquam casus cõtingeret, in quo opi. communis verificari posset, scilicet quod Princeps sine causa nõ potest dominium quæsitum auferre de iure ciuili, quia resultaret semper extinctio dominij, tollendo eius causam, & frustra foret disceptatio illius opin. hoc idem in dominio quæsito iure gentium procederet, tollendo ius agendi, cum sublatum dominium remaneret.

35 Ijs obiectis † remotis, ratio illa de iure vera videtur, & ad obiectum regulæ, cum quid vna via dico quod nõ est verũ, quando vnus actus venit in alterius consequentiam, sicut venit dominium ad causam acquisitionis, vt diximus supra num. 31. declarat illam regulam Alex. in cons. 151. num. 12. in 7. in cons. 220. num. 8. in 6.

Minusq; aliud officit, quia nego assumptũ finge, non per viam acquisitionis Principem tollere dominium per indirectum, sed directe cum causa, non ne iste est casus in quo verificatur est opi. communis? certe sic. ergo corruit obiectum, cum detur instantia in actu quem agit Princeps, id cum causa auferendo, prout potest, vt diximus, & adhuc viuit illa ratio efficax ad quam hactenus non vidi per quempiam responsum.

Quæst.

Quæst. 16. Occurrit circa prædicta, an apparere de-
36 beat de voluntate † Principis aliter expressa quam per
clausulas, ex certa scientia & de plenitudine potestatis
vel non obstantibus, vel satis expressa sit illius mens ex
vi d.clausularũ, vt velit ius tertio quæsitũ auferre, Ana.
in consil.81.viso.num.4. & Bologni.ibi, concludunt per
illas expresse apparere de voluntate Principis quod ius
tertio quæsitum velit auferre, approbat hãc opinionem
Alex.in cons.215.col.5. versic.sexto confirmatur,in 2.in
cons.34. col.pen. vers.non obst.in 4.qui æquiparat clau-
37 sulam †ex certa scientia expressioni verborum,& in ter
minis firmat in cons.92.num.34.35. in 6. tradit Dec.in
cons.191.nu.3.4.in 1.in cons.269.nu.11 12.in cons.271.
num.8.9.in 4.in cons.498.num.25.26.in 3.in cons.624.
nu.11.in 4.Cur.Iun.in cons.157.nu.21.Goz.in cons.92.
col.fin.num.21.22.Adde Castr.in cons.178.donatio.col.
11.vers.circa prædicta,in 1. & de clausula de plenitudine
potestatis.Goz.in cons.5.num.25.26.

Opi.contrariam firmat Compost.in c.causam quæ,de
rescriptis, quem approbat Alex.in consil.11.num.4.in 6.
38 quod per clausulam † non obst. ius quæsitũ alteri non
tollatur,& idem asserit de alijs clausulis æquipollẽtibus,
vt si clausula ex certa scientia exprimeretur, cum maio-
rem vim habeat quã clausula non obstan.vt inquit Dec.
in cons 341.nu.10.in 2.vel saltem eiusdem est efficaciæ,
39 Fely.in c.nonnulli,num.51.descrip. idem † de clausula,
de plenitudine potestatis,esse censemus Alex.in citato cõ
sil.215.versic.sexto sunt hæ clausulæ paris potentiæ, im-
mo plenitudo potestatis omnes alias clausulas in se con
40 tinet † & illas superat.Cur Sen.in cons.66.num.14.Soc.
Iun.in cons.69. num.64. in 1. vnde nisi Princeps expri-
mat se tollere ius tertio quæsitum per clausulam, ex cer
41 ta scientia,quod†est ius naturæ, quod clausula nõ obst.
illi non videtur derogasse. vt profitetur Alex.in cons.23.
colum.3.versic.nec ad hoc,in 5. nam dicta clausula effe-
ctum non operatur in ijs quæ sunt Principi Incognita.
Compost.

Compoſt.approbat Deci.in conſi.292.num. 5.in 2.& in conſi.689. num.16 in 4.vbi quam plura citat firmando
42 illam opinionem,quod † per clauſulam, non obſt.& ex certa ſcientia, non præiudicatur iuri quæſito immemor Deci.quod illud dictum Compoſt. in conſi.191.num.8. in 1.improbauit,quod ſectatus eſt Dom.in c.ſi poſtquã, col.fi.de præben.in 6.videtur recenſere Cur.Iu. in conſi. 142.num.3.& Goz.in conſi.14.num.19. 49

In tanta varietate.Opi.Compoſt.veram eſſe exiſtimo,
43 quod ad † tollendum ius quæſitum alteri clauſula non obſtan.vel aliæ citatæ non ſufficiunt,niſi Princeps id exprimat,& ſpecialis expreſſio requiritur.Cur.Sen.in con-
44 ſi.66.num.126.quia† ſi generaliter exprimeretur, de inualido vel paruo dominio iudicandum eſt,aliter non ap parente de Principis mente, vt inquit Alex. in conſi. 11. nu.4.in 6.Iaſ. in l.quoties. nu.4. C. de preci. Imperator. offer.Goz. in d.conſi.14.nu.19.20. de quo ſatis conſtare videtur ſi de illo iure aliquo modo expreſſio à Principe 50 51
45 facta comperiatur, † tunc per d clauſulam illi derogatum cenſetur,vt fatetur Alex.in conſi.1.in 5.
46 Quam opi.veram † dicimus etiã ſi concurrerent aliæ citatæ clauſulæ,ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis,motu proprio,ſi non conſtat Principem eſſe informa tum, vt exprimit ibi Alexand. & clare declarat Deci. in d.conſi 191.nu.5 in 1.ex qua declaratione opi.concordari poterunt vt prima vera ſit,quando aliquo modo cõpe
47 ritur expreſſio iuris quæſiti † ſecunda verò, quando generaliter diſpoſitio cõcepta fuit. Verum clauſula de plenitudine poteſtatis etiam quod generaliter proferatur, ita concipi poteſt quod per illam ius quæſitum tolleretur.Cur.Sen.in cõſ.13.nu 38.in add.alias regulariter nõ præiudicant citatæ clauſulæ tertio, quia non obtinent
48 firmitatem quo ad incognita, † ſed in ijs quæ præſumitur Principem non ignorare, vt ſi ſunt iuris, & non facti,prout ſunt contractus.Iaſo.in conſi.233.colum.pen. verſic.non obſtat ergo.in 2.Soci.in conſi. 164. colum.3.

verſic.

verfic.ſed ad iſtas in 2.in conſi.120.num.10.in 3.Deci.in conſ.407.num.23.410.num.21. in conſ.544.nu.10.in 3. Iaſ.in conſi.119.col.fi.in 4.Deci.in conſi.142.nu.7.in 1. Cur.Iun.in conſi.170.col.fi.num.31. Aret.in cōſ.15.Reuerendiſſime. col.4.verſi. venio ad 2. Cor.in conſi.189.
49 num. 6.in 4. Quæ opi. vera eſt † niſi conſtet Principem informatum fore, vt inquit Aret. in conſi.citato. col.7. Alex.in conſi.15.colum.2.verſi.præterea.in 5.Fely. in d. c.nonnulli. num. 49.aliter prima opi. procedit vt inquit ipſe in conſi. 52.nu.11.& in conſi.215.nu.4.in 7.Oportetq́ue apparere eum bene informatum,Soci.Iu.in conſi.77.nu.105.in 1.vt ſi is factum narrat cuius tenor in literis inſertus comperiatur,ſcientiam habuiſſe optimeq́; informatum eſſe arbitraremur. Alex.in citato conſi.11. num.2.in 7.Cur.Sen.in citato conſi.66.nu. 87.vel ſi ali-
50 ter cogitaſſe Principem † de citato iure appareret, Goz. in conſi.5.num.26.
51 Iſta vera eſſe affirmamus†etiam ſi ageretur de paruo præiudicio,vt ſup. diximus. num.22.44. & firmat Iaſ.in conſi.213.num.6.col.5.in 2.in conſi.119.colum.fi.in 4. Cur.Iun. in conſi.142. num.9.Deci. in conſi.407.num. 19.in conſi.410. num.23.in 3.& in d.conſi.689.num.10. in 4.Guid.Pap in conſ.195.col.3.verſi.& in dubio.
52 Rurſus citatæ †clauſulæ effectum non operantur niſi cōſtet Principem cauſa cognita egiſſe, vt inquit Cur.Iu. in d.conſi.142.num.8. & in conſi.170.col.fi.nu.32.Soci. in conſi.164.col.5. verſi.ex quibus. in 2.Deci. in citatis conſilijs,fortius qui vtuntur d.clauſulis pęna.l.meminerint.C. vnd.vi.plectuntur, vt fatetur Guid.Pap. in citato conſi.ſi auferunt ius tertio quæſitum.
53 Poſtremo †illa opi.quam ſupra firmauimus.q.15.nu. 12. quod Princeps ad pretium obligatur auferendo ius tertio quæſitum. Tertio Limitatur nō procedere ſi per viam.l.generalis ius illud tolleret, & ſic per indirectum, quia recōpēſatio nō datur,vt affirmat Bar.in l.Antiochēſium.ff.de priui.cred.& in conſi.172.dubia occurrentia.

in prin. ita loquitur Ang.in consi. 139. colum. 2.versic. non obst.§ constat.Alex.in consi.189. col.1. versi. Tertio quia licet. & col.4.versi. ad tertiũ arg.in 2.Ias.in consi.1. col.8. versi.nono.num.5.in 1. & in cons.233.col.7.versi. vndecimo,in secundo, in cons.46.num.4.in quarto. Socin in consi.266.colum.antepen.versicu. & si dicatur,in secundo,& in consil.120.nume. vndecimo, in 3.Ami.in consi.12.num.15. Deci.post alios in d.c.quæ in ecclesiarum.nu.26.& in cons.357.nu.6.in 2.in cons.520.nu.10. in 3.Rom. in consi.310.in casu proposito.num.4.Goz.in consi.5.num.20. Crau.in cons.95.nu. 7.in cons.135.nu.
* 30.31.Et communiter*ista opinio recipitur,alias si particulariter ageret,prohibetur, nisi soluto pretio, vel recompensatione data.

Et hæc in sibi subdito vera essent, quia non subiectus
54 qua lege nõ ligatur †cum ad eum iurisdictio non porrigatur.Castr.in consi.229.num.2.in 2 Et ex his completa sit hæc lunga,& intricata q.cum sua materia.

DE COLLECTIS.

SVMMARIVM.

1 *Immunitatem non valere patres nostri affirmant sine clausula, non obstan.l.Vacuatis.C.de decurio.lib. 10. & num.3.*

2 *Clausula, non obstan. generaliter concepta operatur in gratia data in forma communi,secus si gratia esset exuberans,quia specialis requiritur.*

3 *Clausula non obst.qua tollit.l.vacuatis, tollit etiam ius alteri quasitum. & num 4.*

5 *Ius quærendum facilius tollitur quam quæsitum.*

6 *Priuilegium immunitatis non cõsumat effectum nisi de die in diem,quia habet causam successiuam.*

Commu-

7 *Communitas non habet aliquod ius quæsitum in bonis descriptorum in æstimo, nisi hypotheca, ideo tollitur per clausulam non obst. l. vacuatis.*

8 *Immunitas à collectis fauorabilis iudicatur, quia res ad primam naturam reducit. & num. 63.*

9 *Princeps ex rectitudine rationabili debet agere, nam si à norma iuris deflexerit, tirannus censetur.*

10 *Clausula de plenitudine potestatis contra ius dicitur plenitudo potestatis, & num. 11.*

12 *Princeps quod iustum est præstat, ac iustitiam & æquitatem seruat.*

13 *In Principe tria considerantur, potentia, sapientia, & vultus diuinus, in vltimis duobus se magis confidat, quia Deum habet vltorem.*

14 *Pinceps dicitur fons iustitiæ, vnum calamum & vnam debet habere linguam, & quod scripsi scripsi, & sicut polus in cœlo dicitur, ita debet esse firmus, & sicut lapis angularis.*

15 *Duces, Com. March. & Barones in statu suo omnia agunt quæ Cæsar in toto orbe, & sunt loco Principis, & num. 17.*

16 *Qui sint, & de eorum dignitate & offic.*

18 *Citati Principes vtũtur clausulis quibus vtitur supremus.*

19 *Et omnem plenitudinis potestatem habere volunt, & disceptare de eorum potestate esset mundum reuangare.*

20 *Intelligamus de illis qui iure imperij possident, alias non.*

21 *Rationem assignatam per Ias. cur inferiores immunitatem concedere non valeant, quia superiorem recognoscunt, improbamus.*

22 *Principes inferiores immunitatem cõcedentes ex causa vti ministri l. agunt.*

23 *Ciuitas franca vicem Principis obtinet.*

24 *Pedagia imponit d. ciuitas quæ sunt de reseruatis Principi. & num. 25.*

26 *Immunitatem concedit ciuitas libera.*

27 *Venetiarum ciuitas locum Principis obtinet.*

28 *Nulli Principi obedit Venetia, & libertatem ab Imperio Romano*

Romano ex priuilegio obtinuit & præ:ario nomite ciuitatem, secundum aliquos, sed natura liberi sunt ipsi, & eorum ciuitas, secundum veriorem cpinionem.

29 *Veneti prohibere possunt ne quispiam per gulfum suum nauiget.*

30 *Priuilegium Venetorum signatum in bulla aurea se vidisset Alb. Ros. attestatur.*

31 *Ianua iura imperij nanciscitur & est ciuitas libera.*

32 *Luca ciuitas franca est & locum Principis obtinet.*

33 *Pisæ olim erat libera, nunc subiecta.*

34 *Florentia iam libertate gaudebat, licet sit serua. & nu. 35.*

36 *Dux naturaliter agit omnia in ducatu suo, quæ Cæsar in toto orbe & in eum iura imperij sunt translata.*

37 *Dux naturaliter maiorẽ potestatẽ nanciscitur quã Cęsar, quia statũ ad suos trãsfert, quod nequit Cęsar Imperiũ.*

38 *Dux naturaliter in suo Ducatu Imperator esse censetur.*

39 *Opi. Alb. Ros. Castr & Ias. hunc ducem ius quæsitum alteri potestatem auferendi non habere falsam esse putamus.*

40 *Opi. Soc. Iun. Ducẽ Vrbini clausulis, de plenitudine potestatis, et nõ obst. vti nõ valere nõ esse tutã affirmamus, n. 40.*

41 *Reges an Imperatores electi fuerũt, & in regnis suis locum Cęsaris obtinent legitime & non de facto, & num. 42.*

43 *Expulsione Regum a Rom. populo is sibi Dei iram vendicauit.*

44 *Rex Franciæ non habet superiorem, & in Regno agit sicuti Cęsar in Imperio.*

45 *Rex maiorem potestatem in Regno habet quam Cęsar, ratio assignatur.*

46 *Norma immunitatis concedendæ, videtur omnia onera includere vt traditur à patribus nostris, & num. 47.*

48 *Immunitas est fauorabilis licet iuris stricti censeatur.*

49 *Immunitas est contra ius commune, num. 60.*

50 *Immunis nemo afficitur ab oneribus salis & taxa equorũ.*

51 *Dictio, quibus vis aut quoquo modo, casus insolitos in immunitate includit.*

52 *Clausula, quibus vis, aut quoquo modo, in immunitate inserta*

ferta non operantur quando statutum editum est nullum eximi ab oneribus nisi habeat literas speciales cum derogatione statuti.

53 *Casus insoliti, guerra, pestis, & famis, in immunitate non includuntur, nisi de illis Princeps cogitauit, & quando verum sit. & num. 55. 56. 57.*

54 *Licet statuta & ll. transgredi ob salutẽ humanis corporis.*

58 *Quod de guerra supra diximus, de bello diuino intelligimus, nedum in humano. & num. 59.*

60 *Immunitatẽ à Principe concessam ad bona ex post quæsita. extendi putamus, secundum opi. veriorem, usq; ad finem.*


64 *Si ex immunitate tertius grauiter læderetur, quæsita ex post non veniunt, num. 65.*

66 *Immunitas cõcessa laico super decimis non includuntur futura, clerico vero cõcessa, veniũt, ratio redditur ibi. et 67.*

68 *Enormi læsione ob priuilegium immunitatis præsupposita id reuocari debet.*

69 *Opinio, quod ex post quæsita in immunitate includãtur ad bona æstimata in oppido Principi subiecto extendimus.*

De immunitate cum clausula non obstantibus, & plura de huiusmodi clausulis, & concessionibus. Cap. VII.



1 VAESTIO 16. ex supra firmatis ad terminos nostros infertur. † Concessionem immunitatis de iure effectum sortiri cum clausula, Nõ obst. l. vacuatis. C. de decur. lib. 10. secundum Bar. Bal. Ang. & Doct. ibi. Alex. in cons. 30. col. 3. vers. tamen in contrarium, in 5. in cons. 1. col. 2. vers. non obst. quod D. Dux. eo. vol. Bald in l. nec damnosa, col. 1. vers. iuxta istam partẽ. C. de prec. imp. off. Ias. in cons. 83. col 2. vers. non obst. in 3. nec sufficeret vti ea generaliter, non obst. aliqua. l. in contrarium faciunt, pro vt alibi sufficere

re

re affirmat Bar.in extrauagan.ad repri.in verſ.non obſt.
* col.1. Quæ opi.communiter * recipitur, vt inquit Iaſ.in conſil.75.col.1.in primo. Et Bal.in l.nec damnoſa. C.de
2 prec.imp.offer. Quia † procedit in gratia à Principe donata in communi forma,at in caſu iſto dicitur conceſſio,& gratia exuberans, in qua expreſſio ſpecifica requiritur,vt declarat Cur.Sen.in d.conſ.66. nu.128. citando Bal.in c.naturales, in 3.col. ſi de feu.fue.contr.int.dom. Ibiq; Alciat.& Mod. cõiter approbant, vt ſi Princeps ad feuda ſpurium legitimaret non ſufficit expreſſio illius clauſulæ generale, niſi dicat,non obſt.c.naturales, quia illa gratia non dicitur communis,ſed exuberans.

3 Et ſi objiciatur † non videri per d clauſulã ius quæſitum alteri ſublatum,ſm opi.Compoſt. & veram,quia illius expreſſio facta non comperitur,maxime cũ ſit quęſitum cõitati ex quaſi contractu,quod Princeps ſine cau ſa iuſta & legitima auferre nequit, vt ſupra diximus.

Quia reſpondeo, & nunc obiecta citata ſupra q. 10. num.41.& q.13.num.39.remoueamus multipliciter.Et primo clauſulam illam ſolam,nõ obſt.l.vacuatis, ad validandam immunitatem ſufficere atteſtantur Doct. etiã in præiudicium communitatis, ſi quod ius ei quæſitum eſt,de quo dubito, vt infra dicetur, quia per indirectum aufert illud ius quod venit acceſſoriè,non tollendo.l.va-
4 cuatis,ſublatũ remanet ius ex ea quæſitũ † communitati, quod ad illam venit conſecutiue, quod Princeps ſine cauſa ad ſui libitũ auferre põt, vt ſupra diximus, q.15. nu 30.31.citando Bal.in l fi.C.de ſen.reſcin.non poſ.col. fin.verſ.pone,illud enim dominium nõ conſideratur,ſed d.l. vacuatis,vti principalis eſt conſideranda, quæ prohibet immunitates concedi, cum in præiudicium aliorum tendant, ideo remouendo Princeps d.l.dicitur remotum damnum,quod ad illam venit conſecutiue.

5 Secundo reſpondeo, obiecta † procedere in dominio quæſito perfecte & non conditionali, vt in caſu noſtro, nam quęritur communitati per traditionẽ collectę,ſi ea

indicatur,

indicatur,& si non indicatur nullum ius competit,quia quæst.nil ponit inesse.l.cedere diem.ff.de verb.sign. omnino incerta non debet attendi, vt inquit Iac.Butr.in l. in tantum.ff.de rer.diui.ab Alex.approbatus in cons.99. col.4.in fi.vers.secundo respondeo, in 5. vnde hoc ius sine causa tollitur, quia quærendum venit,& non est perfecte quæsitum,cum sit incertum, vt supra dixi in q.15. nu.8.nam de die in diem quæritur eius secundum quod collecta indicitur, & habet causam successiuã in omnibus, quia si nunquam collecta indiceretur, quod facile contingere potest,vt diximus supra,nullum ius communitati quæsitũ dicitur ista solutio etiam probatur ex decisione Castr.in cons.229.visis, & ponderatis,col.fi.in 1.
6 vbi in priuilegio immunitatis à collectis considerat † id effectũ non consumare,nisi de die in diẽ,quia habet causam cõcessiuam in omnibus,vnde ius aliquod quęsitum non habet immunis,sed quærendũ ius tollitur faciliter.
7 Tertio respondetur † negando aliquod ius esse quæsitum communitati,nisi hypothecę,quod habet communitas in bonis æstimatis, cum de iure cõmuni sint obligata.l.Imperatores.ff.de publ. & dictum fuit supra,quod perfectè non dicitur quæsitum,ideo tollitur per dictam clausulam,nec reperio.l.aliquã hoc dicentem, nisi quod ipsa ius hypothecæ habet in bonis allibratis,& si pur aliquod ius habet non est purum nec perfecte quæsitum. Quarto obrogando. d.l.vacuatis, Princeps tollit dominium per indirectũ,nec causa vel iuris tertij expressio requiritur,sicut in condendo.l.generalem, per indirectum resultat dominij extinctio absq; eo quod causa, & de illius iure exprimatur, vt dictum est supra lim.3.nu.53.
8 Quapropter†Princeps sine causa id pro suæ libito voluntatis auferre potest absque eo quod id exprimat, eo maxime, quia cum immunitatis cõcessio fauorabilis iudicetur,quia reducit rem ad primũ statum primitiuamque naturam, quo prædia sunt libera,habet Princeps in citata conclusione,latas habenas, vt inquit Guid.Pap.in

N consi.

consi. 65. viso themate, col.5. ex quibus omnia obiecta euacuata videntur, quia ad primum de quasi contractu apparet responsum. Quod adsit aliorum præiudicium non consideratur, quia per illam clausulam (si quod ius etiam eis esset quæsitum) dicitur sublatum, quod pietatem onera indicta respiciant, non infertur Principem non habere potestatem circa immunitatis concessionem, prout diximus.

9 Non † inficior Principem in ijs concessionibus matu rè & consultius deliberare, nā ex rectitudine rationabili agere debet. Guid.Pap.cons.195.col.fi.Soc.in cōs.164.col. pen.versic.secundo ex par.in 2.& si cum clausula de ple-
10 nitudine potestatis † agat, quod sibi de iure nō licet, dicitur illa plenitudine tempestatis non potestatis vti, vt inquit ille, idq; sibi licere existimat quod leges permittunt
11 † à quo norma si vel minus deflexerit iam nō Principis, sed tiranni nomen meretur, iustitia enim plenus esse debet.l.2. §.merito. §.si quis à Principe. ff. ne quid in loco pub. Bal.in cons.395.pro domino Dinaldo. num.2.in 2. Et quod est iustum præstare debet, vt inquit Paul.c.vlt.
12 ad Collo.Old.in cons.284.illa.Qui † ergo regioni præest iustitiam, & æquitatem seruat, iuxta illud, diligite iusti-
13 tiam qui iudicatis terram, tria in eo requiruntur † potētia, sapientia, & vultus diuinus, in duobus vltimis magis confidat, quia Deum habet vltorem, & ea mensura metietur, qua ipse alios metitur.l.rem nō nouam.C.de iud. Bal.in cons.311.permittendum est, in 1. in ipso voluntas
14 constans, fons iustitiæ debet adesse, eiq; conuenit † quod scripsi scripsi, semel Deus loquutus est, vnum calamum, vnamq; linguam habeat, & quæ de labijs meis procedūt non faciam irrita, immobilis sit si vt lapis angularis & polus in cœlo. hæc à Bal. cumulantur in cons.327.pridie enim consului. num.4.in primo. Qui autem exempti portionem soluant supra dictum est. q.2. num.70.

Quæstio 17. occurrit, vt quod de supremo Principe
15 diximus idem de inferioribus iura imperij † possidentibus

bus cenſendum ſit,ea.n.omnia in ſuo ſtatu poſſunt,quæ Imperator in toto orbe,& vocãtur Duces,Comites,Marchiones,& Barones, Videamus cur iſti ijs nominibus ap
16 pellentur,hoc.n.pro dignitate † diuersè accipimus,nam Marchiones ab aliquibus limitanei Duces interpretãtur ſtratores,regumq; conſiliarij,apud nos, & hoc loco propriè iuriſdictionis ſibi nomen vendicarint, Comites,qui eunti Imperatori,Cęſariq; aſſiſtunt,inde comitatus, qui locus dicitur vbi vitam agit Princeps, & pallatini omnes, Alciat.in tit. C. de excuſ.artifi. lib.10. Duces apud Cicer.in Verr. Sed nunc inopes relicti à duce præfecto claſſis &c.idem primo Tuſculan. Dux in cœlum. Alciat. in l.neque,in fi.ff.de verb.ſignific.Duces qui alijs præcedunt nuncupantur. Barones, fortes viros appellaſſe videtur Cic.ad Atti.lib.5. de Epicureis diſſerẽdo,licet Ironicæ,eos fortes appellat,cũ molles & effeminatos innuere velit.Quapropter Caſtr.in conſil.34.nu.2 4. incip.ſuper primo dubio in 2.aſſerit hoc, loco Principis haberi
17 † cum ſint perpetui, firmat Alex. in l.hoſtes. ff. de capti.
18 Cur.Iun. in conſil.100. num.3. & omnibus † clauſulis vti poſſunt,quibus ſupremus vtitur, vti latiſſime congerit quamplura Crau.in conſil.135. num.2. & in comite virtutũ qui poſt Dux Mediolani electus fuit,tradit Ang. in conſ.217. col.1. & Alex.in conſil.30. col.3. in 5. & in Duce Ferrariæ in conſil.1.col.8.ver.præterea, eo.vol.vo-
19 lunt enim habere omnem plenitudinis † poteſtatem, ideo de eorum poteſtate diſceptare eſſet reuangare mundum, vt inquit Cor.in inferiori temporali, in conſil.194. num.7.in 4.authore Bal.in conſi.per ipſum citato,de poteſtate iſtorum tractat latiſſime Crau. de antiq. temporis,in 4.par.ſect.6. num.5.6.
20 Alias ſi iura Imperij † non haberent, nec forent perpetui, vti d.clauſulis non poſſent, vt inquit Alexan. in conſil.101.col.4. verſic. ſed ſolus,in 1.& in conſ.123.in fi.in 2. Soc.in conſil 69.num.63.in 1. vbi clauſula, non obſtante, nequeunt vti nec immunitatem alicui conce-

dere, ita intelligas omnes qui asserunt inferiorem immunitatem non concedere in temporali non habere iura Imperij, vt inquit Alex in l.nemo potest, colum.1.ff. de leg.1.Crau.in consi.132.num.21.rationem reddit Ias. in consil.119.col.2.versic.quinto facit, in 4. Quia reco-
21 gnoscunt † superiorem. At hæc ratio non satisfacit, quia etiam si recognoscerent superiorem, prout quasi omnes Cæsarem recognoscunt, si tamen sunt perpetui, immunitatem concedunt, cum clausula non obst.alijsque vtuntur clausulis, vt clare constat ex citatis.

Decimooctauo circa prædicta dubitari contingit, si inferiores vti non valent clausula, non obst. vt dictū est, ergo nūquam aliquo casu etiam cum causa immunem quem facere possunt, quia l.vacuatis, derogare nequeūt, cuius tamen contrarium supra conclusum fuit, in q.11. vbi in quampluribus casibus dant immunitatem.

22 Solutio † in casibus quibus concessum est à iure illis immunitatem concedere cum causa, est lex quæ permittit hoc fieri cum causa, patet in l.iubemus.§.sciētes, cum glos. C.de sacrosan.eccl. vbi licet ecclesiæ immobilia concedere benemerētibus ex causa remunerationis, ex quo tex. sumitur consideratio, vt cōsiliarij de bonis communis donare valeant alicui benemerenti, vt supra diximus q.11. 4.Lim. num. 67. & similiter in alijs casibus supra citatis permissis à iure conceditur, ideo licet isti immunitatem concedant in casibus citatis, vti.l.ministri agūt, Quæ in illis casibus expressis, vti exceptuatis d l.vacuatis, declarat immunitatem posse concedi, quo fit vt non requiratur illius. l.derogatio cum clausula non obstan. cum à iure communi à d.regula casus illi exceptuētur, sunt enim limitationes ad illā, vt ibi firmauimus, cum quælibet regula exceptionem patiatur, Iuribus vulg.

23 Idem † de ciuitate franca censemus, quæ vices Principis obtinet, eandemq; met potestatem sibi vendicat, secundum Bar.in l.1.§.de qua re.ff.de postu. in l.infamem. ff.de publi.iud. in l.hostes, in fi.ff.de capti.in l.11. col.2. versic.

versic.sed debetis scire.ff.de iure fis.Rom.in cons.456.in proposito casu,num.1. cum alijs citatis per Dec.in consil.528.num.1.& in cons.534.num.2.in 3.Imponit enim
24 †pedagia,& vectigalia. Bald.in l.fin.C.de vectig.& commiss. Castr.in cons.34. super primo dubio, col.2.num.2. in 2.Alex.in cons.1.col.8.versic.si vero, in 5.Dec.in cons.
25 citato 534.quod ius competit illis ciuitatibus † quæ vicem Principis obtinent,cum sit de reseruatis ipsis, vt inquit idem in cons.403.nu.7.in 3.& quod immunitatem
26 †concedere valeat à collectis firmat Bar.in l.1. C. de decret.Decur.lib.10. Bald in cons.406.lata fuit, in fi in 5. Abb.in cons.61.incipiente, videtur primo.num.5.6.in 2.
27 Exempta † citatur à Doctoribus Respublica Veneta, Res quæ superiorẽ nõ habet,& locum Principis obtinet, vt affirmat Castr.in cons.317. viso & examinato, col.5. vers.3.& vlt.num.2.in 1.& in cons.187.col.4. num.5.ver. quintum vero,in 2. Bal.in Rub.ff.de rer.diuis.col.2. versic. sed vt dixi. asserit hoc de consuetudine procedere.
28 Quapropter Bart.in d.l.hostes.ff.de cap. fatetur † quod nulli obedit Principi, & libertatem ab Imperio Romano ex priuilegio obtinuit, illamq; precario nomine Veneti tenet, quæ ab eis reuocari valeret, nisi obstaret præscriptio dic tu tamen, quod natura liberi sunt, rursus cum ciuitas sit in mari fundata nacti sunt Veneti libertatẽ, & de iure prohibent alios ne per gulfum suum nauigent, late tradit Ang.in cons.290. thema tale est, & Ias.in l.ex
29 hoc iure.ff.de iust.& iur.nu.26.27.omnia † enim in dominio suo exercent, quæ in toto orbe Cęsar agit, Ias.in
30 cons.70.num.2.vers.præmissis, in 3. Quapropter † siue ex priuilegio concesso, quod asserit Alber.Rosa.in l.cunctos populos.C.de sum.Trin.& fide Cath.col.4.se vidisse in bulla aurea sigillatum, siue præscriptione tãti temporis cuius initij memoria in contrarium non existit, siue natura,nil refert.Soc.Iun.in cons.73.num.5.in 1.
31 Idem † attestantur in ianua,quæ Principis iura nanciscitur, vt inquit Dec.in cons.534.citato, num.2.in 3.

& licet Castr in consi.423.quia scio,colum.6.nu 9. in j. & Dec.sibi contrarius in cons.361.nu.7.in 2.asserũt Regi Francorũ subijci in quem eius libertatem transtulit, respondetur quod tempore Castr.& Dec.quando id consilium 361.in lucem edidit subdita erat. At à quampluribus annis citra, & nunc,libera & franca viuit, locumque Principis possidet.

32 Et de Luca † affirmat Soci. in cons.275. col.j. in 2.in consi.83.num.1.in 4.Deci.in consi.403.numero 2. & in consi.528.in 3.vbi ijs duabus,ne accidat, quod Pisis,Floren. & Sen. ob peccata aut conditiones temporum contingit,quæ sub iugo seruitutis comperiuntur,cum prius

33 in ea dulci libertate quiescerent.Et de Pisis † inquit So-

34 ci.in consi.79. nu.24.in 4. De Florentia † in consi.275. colum.6.vers.postremo, in 2.in consi.81. colum.2.in 1. de Senis loquitur Bal.in cõsi.407.super facto, in 5.Soci. in cons 74.colum.3. in j.in cons.63. num.4.in 4. Dec.in consi.580. num.2.in 3.in consi.600.num.2. eod.volum. Cumq; earũ excessus delicta aliorum superauerint de-

35 teriora patientur, † caueant à discordijs, odijs intestinis, ex quibus ciuilia bella oriuntur diligantque iustitiam,ne à diuitibus pauperes opprimantur.

36 In duce † naturali videtur hæsitatio,& licet supra firmauimus omnia agere in suo dominio, quæ Cęsar in toto orbe exercet, citando Alex.in consi.30.colum.3. in 5. cum omnis potestas Imperialis in eum translata reperiatur,vt inquit ipse in consi.2.colum.4. vers.quinimo,in j. nec superiorem recognoscat,nulliq; sit subditus, & iura Imperij in dominio exercet,præscriptione tutus tanti tẽporis cuius initij memoria nõ est vt firmat in cons. 11. nu.9.in 7.estq; loco Principis,vt inquit Castr. in cõs.34. super prim.col.2. in 2. Dec.in cons.191 colum.1. in 1. fortius Ana.in cons.81.nu.3. fatetur hunc ducem maio-

37 rem † potestatem nancisci in suo ducatu, quam Cęsar in Imperio,quia illũ ad suos hæredes transmittit, Cęsar vero prohibetur.Cur.Sen.in cons.49. nu.43. in cons.66.

col.4.

col.4.verſ.præmiſſis, num.129. plura de huius poteſtate diſſerit,& in conſ.74.nu.88.89.Cur.Iu.in conſ.61.nu.9.
38 in cōſ.100.nu.2.in conſ.157. nu.32. ſupremus † Imperator in ſuo territorio eſſe cenſet. Cur.Sen. in d.cōſ.49. col.12.nu.43.44. ideo immunitatē cōcedit cū clauſula, non obſtante,vt habetur per Doct.in locis citatis.

Alber.tamen Roſat.à Caſtr. approbatus in l.quoties. C.de prec.Imper.offe.& Iaſ.in conſ.119.col.2.verſ.quinto facit, in 4.aſſerunt hunc Ducem non poſſe ius quæſi-
39 tum alteri auferre cum cauſa, † cum hoc ad Cęſarem pertineat,qui ſuperiorem non habet, at iſte dux, alijq́;, & March.Com.& Barones qui ſuperiorem recognoſcūt cum clauſula, non obſtante, concedere immunitatem prohibentur. Quam opinionē videtur approbaſſe Dec. ſibi contrarius in conſi.410.num.23.in 3. aſſerens hunc Ducem ſuperiorem recognoſcere, nam ex ſupra citatis liquido apparet in quantum lapſi ſint errorem,cum per tot proceres contrarium concluſum ſit per rationes citatas. Item cum ſint iſti Duces & alij nominati perpetui,iuraque ſupremi Principis poſſideant, vt ſupra diximus.q.17.num.15.cum ſequen. non video cur ius quæſitum tertio cum cauſa auferre nō valeant, & ſi dicatur, recognoſcit ſuperiorem ergo caret illa poteſtate.Reſpondeo, quia licet vti vaſſallus habeat Cęſarem ſuperiorem, habet tamē illius iura,quæ exercet vti ſupremus in eius dominio ſicut Cęſar in toto orbe. Iccirco inferro etiam Soci.Iun.in conſ.69.num 63.in 1.non recte ſenſiſſe affir-
40 mantem,Ducem Vrbini † clauſula,de plenitudine poteſtatis, vti non poſſe minus clauſula, non obſtantibus. Quia cum ſit Dux perpetuus, Iuraq́; ſupremi Principis ſibi vendicarit,omnia in eius ducatu exercet, quæ poteſt in Imperio Cęſar, & prout ſibi libuerit facere, maxime ex præſcriptione longiſſimi temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.

41 Decimonono † hæſitare contingit de Regibus. Quia Abb.in c.peruenit,num.13.de immu.eccle.aſſerit, quod

Imperij iura vſurpauerunt, eaq; præſcripſerunt, & vt inquit Oldra. in conſ. 231. vt eius de quo quæritur, verſ. niſi fortè, col. j. Caſtr. in citato conſ. 34. nu. 4. in 2. Alexan. in conſi. 1. colum. 8. verſic. præterea, in 5. de facto locum tenent in regnis ſuis Imperatoris, at verum non videtur
42 quod hoc ſit de facto, vt firmat ex aduerſo. Quia † prius ij fuerunt quã Cęſares, vt ſcriptum comperitur lib. Regum de Saule, Dauid, & Salomone, & alijs vnitis iuſſu Dei ſuper populum Iſrael c. 1. §. in veteri, de ſacra vnct. Rurſus apud Romanos prius Reges fuerunt cõſtituti, vt de Romulo, & Remo, ac alijs ex poſt expulſis, vt declarat. l. 2. ff. de orig. iu. ex qua expulſione pop. Rom. iram
43 Dei ſibi † vendicauit. 7. q. j. c. deniq;, tradit Old. ſibi contrarius in conſ. 68. conſueuit dubitari, qui conatur ex pluribus citatis oſtendere quod Reges prius inuenti fuerunt, quam Imperatores, nihilq; ſibi vſurparunt, quia legitime monarchiam, & ſupremam poteſtatem ſibi vendicarint, & maiorem habent poteſtatem quam l. communis, vel conſuetudo. Cur. Sen. in citato cõſi. 49. nu. 43.
44 & de Rege Franciæ † quod non habeat ſuperiorem, & dominium quæſitum cum cauſa alicui auferre valeat, & ſit in regno ſuo Imperator differit Deci. in conſi. 269. nu. 6. & in conſi. 270. nu. 4. & in conſi. 300. in 2.

45 Quinimo † maiorem poteſtatem in regno ſuo nanciſcuntur, quia id tranſmittunt ad filios, quam Imperator in Imperio, quod non tranſmittit Cur. Iun. in conſi. 1. num. 30. quapropter ſicut collectas indicere valent. c. 1. quæ ſint reg. Alexan. in l. 1. in fi. C. de ſuperind. lib. 10. ita ab illis immunitatem concedere poſſunt, vt decidit Caſſa. in conſi. 64. num. 24. in Rege Franciæ.

Quæſt. 20. Hactenus de poteſtate immunitatẽ concedentiũ abſoluimus, videamus per quæ verba immunitas
46 concipiatur vt omnia onera comprehendat. † Bar. in l. 2. col. 1. verſ. quæro qualiter. ff. de iu. im. tradit formam vt ab omnibus muneribus, perſonalibus, ordinarijs, & extraordinarijs concipiatur, alioquin ſi ſimpliciter concedatur

datur à muneribus patrimoniali non includuntur, nec onera ordinaria, ac honores, extraordinaria duntaxat inclusa videntur. Ami. in consi. 118. num. 8. qui citat l. 1. C. de vac. mun. publi. lib. 10. propterea concipiatur eum
47 expressione munerum † & onerum, alias concessio non est tuta ab oneribus. Barto. in l. vacuatis, in 2. not. C. de decur. lib. 10. Ibiq; Ang. & in l. 1. C. de ind. lib. eo traditur ab Alexan. in consi. 30. col. 4. versic. circa sextum, in 5. qui firmat hanc expressionem verborum fiendam siue specialiter, siue generaliter, dummodo late concipiatur, vt si per verba, quibus vis oneribus includantur ea ex quibus maiora expressis comprehensa sunt, & latius is
48 prosequitur, huius ratio reddi potest † quia licet immunitas sit fauorabilis stricti tamen iuris esse censetur. l. j. ff. de iur. immu. in fi. l. j. C. de iur. imm. nemi. conced. lib. 10. Alex. in consi. 2. colum. 6. vers. similiter, in j. & vt
49 inquit Dec. in consi. 468. num. 31. in 3. † est contra ius commune, ideo non includit nisi in specie nominatos, nec interpretatio lata est fienda, vt extendatur ad cōductores fructuum exemptorū. Ami. in consi. 18. & propterea si maiores in immunitate casus exprimuntur, minores includuntur, finge Principem ab onere salis & taxæ
50 ęquorum à quibus nullus eximitur, † etiam priuilegiatus vt inquit Signo. in consi. 82. in quæstionibus. Rub. Alex. consi. 9. nu. 6. Paris. in cons. 52. in j. quempiam exemisse, hic à collectis immunis censetur, quia si quod maius cōceditur, & quod minus est cōcessum videtur. Cur. Iun. in cons. 106. nu. 6. & colum. fi. nu. 14. Tutius est ta-
51 men † immunitatem concipere iuxta tradita ab Alex. in citato cōsi. 2. Quia dictio, quibus vis aut quoquomodo, etiam casus insolitos includit, guerræ, & cęt. quia Princeps de illis in genere cogitasse videtur vt fatetur Alex. in consi. 30. colum. 2. & 4. ver. circa sextum, in 5. Paris. in cons. 25. nu. 113. & in consi. 68. num. 29. in 1.

Primo limitatur à Doct. hęc conclusio vt vera nō sit
52 si edita sit municipalis † censura nullū exemptum forę

ab

ab oneribus nisi is obtinuerit literas speciales, cũ speciali derogatione illius censuræ, isto casu d. clausulæ geminatæ effectum nõ operantur, etiam si inserta foret clausula, non obstan. vt inquit Deci. in consi.165.col.2.& in consi.168.colum.pen.in 1.Ias. in consi.121.in 4.Fely.in c.accedentes.colum.3.de rescrip. Gom.in prohe.reg.cancell.in 5.q.versi.& hoc vlterius.

53 Conclusionem supra † firmatũ, quod immunitas per verba geminata casum insolitum guerræ, pestis, famis, & alterius casus necessitatis comprehendit, dubiam esse cẽsemus, quia Dyn.in l.si ex toto.in prin.ff.de leg.1.approbatus à Bal.Alber.Saly.& Alex.tenet contrarium, cum Princeps non censeatur de huiusmodi casibus cogitasse, nisi tempore concessionis iam cępissent, alias non, quantumcunq; concessa immunitas comperiatur per verba geminata, & amplissima, quia quæ de nouo emergunt auxilio indigent.ideo ob.d.casus insolitos immunis collectatur, cum ob vtilitatem publicã, & necessitatem munus emendi Bladum propter milites etiam indicitur.l.1. C.vt nemi. lic. ab emp. specierum se excus.lib.10.approbat hanc opin.Alex.in consi.215.colum.6.versi. ad idem quod notat.Dyn.in 2.

54 Quapropter † Bal.in l.iubemus. C.de sacrosan.eccle. dicit quod necessitas probabile facit quod non erat. Rursus pro salute humani corporis statuta ac leges trãsgredi licet, quia sic reipublicæ interest, vt inquit Bart.in l.quod ad præsens. in fi.C. de murileg.lib. 11. Alexan.in consi.citato, vnde si immunitas casum cõtrarium reipublicæ includeret, non valeret. Ias.in citata.l.si ex toto.nu. 13.Felyn.in c.causam quæ.de rescrip. num.17. quo fit vt per quęcunq; verba concipiatur non trahitur ad onera.
55 ex inopinato casu indicta, † cum publicæ intersit huiuscemodi concessiones tunc negligi.Alciat.in l.munus tribus, in versi.immunitatem.ff.de verb.signifi.

Contrariam opi.firmat Rai.in d.l.si ex toto, quod ad
56 superuenientem guerram immunitas extẽdatur, † quia

saltem

ſaltem in genere cogitauit hunc caſum cōcedens, approbat Caſtr.Imol.Aret. ibi & Alex. ſibi contrarius in conſi. 192. col. 3. verſi. nunc attingo, in 2. expreſſius in citato conſi.30.col.2. verſi nec obſt.& col.6 in 5.

* Opi.Dyn.tenen.eſt, quam commune * atteſtatur Iaſ.
57 in d.l.ſi ex toto,& illam ſex fundamentis † corroborat, Soc.verò ibi ſeptem caſus conſiderat inter quos aliqui citari poſſunt pro hac opi.ſi ſuperior neceſſitati quæ immi net poteſt prouidere, hunc caſum cogitaſſe cenſetur in quo immunes non cōprehenduntur.Et ſit vera opi.Rai. aut prouidere nequit, & aliorum facultates non ſuppetunt,& hūc caſum cogitaſſe non præſumitur, opi.Dyn. procedat, cui adhæret Bal.in conſi.406.in fi.in 5.& quā communem teſtatur Rip. in d.l.ſi ex toto. nu. 17.& Cur. Iun.in conſi.61.num.14.

Primo, Ampliat idē Rip.in trac.de peſte.de remed.pręſeruat.nu 23. hanc opi.in diuino † bello veram eſſe nedū in humano.Quā procedere in cōceſſione † p viā con tractus data,teſtat Soc. in d.l.ſi ex toto. in 5.cōcluſione.
58
59

Vigeſimoprimo, Contingit dubitari apud noſtrates,
60 an immunitas vires † porrigat ad bona poſt quæſita,negatiuam partem ſentire videtur Rub. Alex. in conſi.nu. 8 quia eſt contra ius commune,ideo ſtricta ſit interpretatio, vt niſi ad expreſſa extendatur, & diximus ſupra. Quapropter, vt inquit Bal.in conſi.407. ſuper facto,nu. 2 in 5.eius verba ſunt diligēter perſcrutāda, quia ſi ſunt nullis finibus cohorctata poſt quæſita includuntur, ſi limitata minime, fortificat ex deciſione Alex.in cōſi.192.
61 col.3.verſ.nunc attingo.in 2. vbi immunitatem † ad futuram oneris impoſitionem ob verba latiſſimè cōcepta trahi atteſtatur,& quod ad futura non extendatur,videtur firmaſſe Bal.in conſi 112.quæritur.nu.4. verſ.4.quęritur. in 1. cui adhæret Rub. Alex. in conſi.32.in fi.& in decimis is met firmat in conſi.citato.prope fi.
62 Contrariam † opi.patres noſtri amplectuntur, immunitatem ad poſt quæſita extendi, Bar.in l. damni.§. ſi is

quæ

quæ ędes.ff.de dam. infecto loquens in decimis citatis.c. quæritur. extra de priuileg. at in collectis de iure idem censet Alex.in conſ.177.col.4.verſi.6.probatur.in 2.Bar. in conſi.59.commune Spoleti.col.fi.verſic. 2.videndum eſt,iure tamen priuilegij,at de iure communi firmat Iaſ. in conſ.25.col.1.in 3.qui multas citat concord.& in cõſ. 170.colum.fi.num.6.verſicu.non obſt.in 2. Bal.in conſi. 409.ſuper facto. num.2.in 5.Iaſ.in l.qui filiabus,nu.13. ff.de leg.1.Guid Pap.q.489.Princeps.qui immunitatem
63 ad villas poſt quæſitas extendit. Fortificatur, quia † per immunitatẽ res ad primũ ſtatũ reducitur quo res ſunt liberæ,ideo extenſio debet fieri ad poſt quæſita, vt inq̃t gl.in c. ſtatutum.in verbo. numeran. de præben.in 6.&
64 interpretatio †ſemper amplectenda eſt per quam res ad primitiuam redit naturam.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret. ff.de pact.vbi Iaſ.in 4.not.Cur.Iu.in conſ.6.nu.14 Crau. in conſi.173.num.9.in 1. & in terminis firmat Soci.Iu. in conſi.7.num.18.in 2.Soci.in conſi.84.in 3.ideo ad futura, citata immunitas debet porrigi.

* Ad obiecta dicemus,quod opi.communis* eſt in contrarium,item de opi. Bal.non eſt curandum cum ſit ſibi contrarius. l.qui falſa aut varia.ff.de falſ. at in ſpecie illa remoueamus quod dicit Bal. in d.conſi. 112. nil videtur obſtáre,quia non veniunt ſeruata quæſita, ſi reſpublica grauiter læderetur,hoc non inficior,per hoc tamen non infertur quod conceſſio non trahatur ad futura, verum ſi reſpublica læſionem magnam patiatur, reuocatur.Et hæc opi.communis hoc caſu limitanda eſt,data enormi
65 lęſione, rurſus maiores noſtri loquuntur†etiam ſi præiudiciũ pateretur tertius,nec diuerſificatur in paruo vel magno damno, quoniam indiſtincte immunitas ſeruanda eſt,& infra clarius conſtabit in reſponſione tradita ad Rub.Alex.in conſi.32.in fi.

66 Dicamus ergo,quod ſi †immunitas à decimis conceda turilaico non veniũt futuræ.c.tua.in ſi.ded deci.ſi clerico,futuræ includuntur.c.ex parte.de decim.c.quia circa

ca de priuile. vbi clare exprimitur, ratio diuersitatis redditur, quia primo casu fit restrictio, quia concessio est peccati nutritiua, & odiosa, gl. & Abb. ibi firmant, in alio casu est permissiua, ideo late interpretatur, vt ad futura extendatur, & videtur innuere Rub. Alex. At sumus in collectis, & agitur de fauore, vt diximus supra consequē
67 ter fit extensio † ad post quæsita, vt concludit Alex. in d. cons. 177. & alij supra citati pro hac opi. & illum tex. in d. cap. quia circa. intelligit Imo. in d. l. damni. §. si is qui ædes, vt immunitas concessa etiam quo ad præiudicium parochialis ecclesiæ, nedum concedentis obtineat firmitatem, quam approbat Alex. in citato consi. 177. Ias. in d. l. qui filiabus. & Rub. Alex. vbi supra, fateor tamen ꝙ
68 tanta læsio † interuenire possit quod immunitas reuocaretur, vt no. in c. suggestum. de decim. Crau. in consi. 21. num. 3. eo modo quo supra dictum est, remouendo dicta Bal. in citato consi. 112. quod data lęsione fit reuocatio, responsum datur Rub. Alex. in d. consi. 32. non inferre quin extendatur immunitas ad futuras decimas, licet data enormi læsione, reuocaretur.

69 Opinionem communem † extendimus, etiam quod bona æstimata forent in oppido Principi vel ciuitati libere subiecto, vt concludit Alex. in consi. 148. num. 6. 7. in 6. idem si municipali iure sancitum comperiatur neminē subire collectas in oppido pro bonis in eo allibratis, si id statuto subiectum sit, eo modo si à consuetudine inductum esset, vt inquit ibi Alex. & latius supra dictum fuit in 2. parte. q. 2. num. 16. & q. 10. num. 19.

DE

DE COLLECTIS.

SVMMARIVM.

1 IMmunitatem ad hæredes & successores singulares non transmitti si personalis est, attestantur Doct.
2 Realem esse dixere, & transitoriam ad illas si concepta sit pro hæredibus & successoribus, vsque ad numero 3.4.5.
6 Clausula, hæredibus & successoribus, operatur immunitatem ad hæredes transmitti.
7 In solutione collectarum successor singularis includitur, magis in immunitate comprehendi debet, cum sit liberatoria.
8 Immunitas fauorabilis iudicatur, ideo extensio fienda est.
9 Clausula quibuscunq;, operatur immunitatem esse realem.
10 Dignitatis & intuitu Ecclesiæ immunitatem concessam realem esse arbitramur.
11 Si in vim contractus transeat realis iudicatur.
12 Idem à Doct. attestatur si ob amorem parentum, et rei determinatæ concipiatur.
13 Expressa duntaxat persona in concessione operatur illam personalem dici, vel si dictio taxatiua inseratur.
14 Dictio taxatiua & perperua secundum subiectam naturam accipiuntur.
15 In dubio personalem esse immunitatem affirmant doctores.
36 Concessa immunitas ob merita dicitur in vim contractus transire, & transitoriã esse affirmamus contra Ias. n.17.
18 Paria sunt, non esse & non apparere.
18 Priuilegium immunitatis à collectis datum, cum si liberatorium, & rem ad primæuam naturam reducat, reale esse censemus. & num. 20.
21 Si ob merita concessa comperiatur, præter ius commune iudicetur, & non contra ius commune. & num. 27 28.
22 Appellatione generantis omnes vtriusq; sexus includũtur.

Idem

23 *Idem de posteris iudicatur.num.24.*
25 *Lex 1.in fi.ff. de iur.im. in simplici concessione immunitatis sine causa intelligitur.*
28 *Donatio inter virum & vxorem remuneratoria an valeat.*
29 *Quæ alteri data est ob ingratudinem non reuocatur.Et de ea quæ fit à prælato idem censetur à Doct. & Feudum quod masculis semper concessum fuit ob merita fœminis dari potest.*
30 *Quod à iure prohibetur ex causa permittitur.*
31 *In beneficio latissimam interpretationem amplectimur.*

An immunitate ad hæredes transmissibili, & an sit realis vel personalis, & multa de clausula,pro heredibus,&c. Cap. VIII.



VAERVNT vigesimosecũdo doctores, an immunitas ex priuilegio concessa ad
1 hęredes† & successores singulares transmittatur, in hac q. laboriosa varij varia dixere nonnulli illam esse in dubio personalem admittũt, quæ cũ sit stricti iuris personam non egreditur. l.2.in fi.ff.de iure immu.l.1.C. de im.nemi.conced.lib.10. c.personas.c.sane.de priuileg. l.sordidorum. C.de excu.mun.li.10.gl.25.q.2.in summa. Ana.in consi.20.dubium.Alexan.per plura, quæ citat in cons.86.& in cons.100.in fi.in 1.Ias.in cons.89.colum.2. versi facit.in 3.& in consi.20.in 1.

2 Alij realem † in dubio esse censent & ad hæredes successoresque singulares transitoriam, Specul.in tit. de instr.æditio.§ nunc autem viden.in versi.si autem dubium est & Bar.in l. fi.ff.de serui. leg.Petr. de Ancha. in consi. 325.discurrit. consi.fi.ver. 4.Pet. de Pod.in consi. 68.super eo.inter cons.Feder.de Sen. Alex.in consi.193.col.11.

in 2.

in 2.Barb.in consi.44.in 2. Ias. in consi.217.in 2.Soc.in consi.84.in 3.in cons.58.in 1.Deci.in consi.262.num.7. in consi.51.num.12.in 1.Bar.& Doct.in l.quia tale.ff.so lu.mat.Dec.in l.in omnibus causis.ff.de reg.iur.

3 In hac† varietate concludendũ putabam, ante omnia priuilegij verba perscrutari debere, cum sit stricti iuris, & ius cõmune vulnerat, maxime causam à Principe in concessione insertam, quæ finalis & vera à iure præsumitur, aliaque consideranda esse quæ citantur, à Bal.in con

4 si.355.præmittendum est in 6.in qualibet† enim dispositione priuilegiata, mens disponentium intuenda est, vt inquit Soci.in citato consi. 58.col.2.vnde si ex Principis mente apparet concessionem esse realem, est transitoria ad quoscunque, finge illam concipi pro se & hæredibus

5 ac successoribus† illam realem iudicemus, si determinatæ rei, si gratis in præiudicium tantum concedentis, cũ sit beneficium, idem esse censemus, vt firmat Alexan.in consi.citato 192.

Contra hanc quæstionẽ insurgit Ias. in citato consil.

6 89.in 3.quod illa† verba, hæredibus & successoribus, non includunt singulares successores, nisi additum sit, & quibuscunque, verum arbitror Alex.recte sentire, quia non mouetur illa sola ratione, sed quia concessio determinatæ rei, & gratis concessa comperiebatur, nec hoc Ias.ibi col.4.versi.non obst.2.negat.

Rursus, & si ob illam solam communem Alex.opinionem suam firmaret, vtiq; recte loqueretur, cum decisionem citatam approbet Deci.in consi.237.in fi.& in cõs. 285.col.fi.ver.sexto, in 2.viua ratione, quia ratione subiectę materiæ collectarum singularis successor admit-

7 titur, quia cum pro illis † bona sunt obligata, consonũ est quod ijs includatur in dispositione solutionis earum & hoc statuitur in obligatione collectarum, magis in liberatione dicẽdum putem, quia facilius liberatio admittitur à iure, quam obligatio.l.Arrianus.ff. de acti.& obl. & quia immunitas est fauorabilis, cum rem ad primæ-

uam

8 uam naturam reducat, † ęquum est extensionem fieri ad singulares successores vt diximus supra q.21. nu.63. & in terminis affirmat Barb.in citato consi. 44 & Soci. Iun.in cons.7. num.17. in 2. illam decisionem Alex. approbat etiam Soci.Iun.in cons.58.nu.6. in 2. ex quibus
* constat illam communiter * esse receptam.

9 Porro si adiecta quibuscunque † sit clausula realis iudicatur concessio ob geminatione, vt fatetur Ias cur nō ita iudicamus idem esse absque adictione illa, ob illam clausulam geminatam, hæredibus & successoribus, nempe differentiam non video. Quo argumēto vsus est Cur. Iun.in consi.4.colum.fi.num.4. Qua dictione, successoribus, remota concessio realis non esset iudicanda, vt is attestatur in consi.60.num.10.qui hanc opinionem com
* munem * esse affirmat.

Deprehenditur etiam ex alijs verbis concessionem
10 realē esse vt si dignitati † & ecclesiæ intuitu data sit, & procedat opi.Petri de Pod. & Anch. quia à communitate quę nō moritur dignitati ob labores passos, expensasq; & merita cui fit, concedatur, & si per viam contractus
11 circa rem de sui natura transitoriam † concipiatur, realis est.Ias.in d.cons.217.Soci.in d.cons.58.& cons.84.vbi & alia præterquam merita includuntur, vel si ob amorē paternum. Et rei determinatæ detur concessio, quæ Be-
12 neficium continet † vt inquit in cons.2.q.2. citato, alia citantur à doctoribus nostris quæ à studioso lectore perscrutentur, quia nō est opus illa recensere, ex quibus arguitur mens concedentis, quod realem concessionem concipere voluerit, illamq; ad quoscunque transmitti.

At si concessionis verba per concedentem emissa per-
13 spiciantur, eius voluntas detegatur vt concessio † personalis concipiatur, personam non egredietur, finge cōcedentem exprimere personam cui fit tantum, alioqui aliā non includendo, vt argui valeat contrarium, vt firmat Anan. in citato cons.& Alexan. in d.cons.86.ac Ias. in d. cons.20. vel per dictionem taxatiuam concipiatur, & re-

ſpectu determinatæ perſonæ,ac eius intuitu,& ob merita, aut indeterminatæ concepta idem cenſemus, vt loquitur Iaſ.in citato conſi.89 in 3.& licet is in conſi.217. ſupra memorato iudicet conceſſionem realem non ob-
14 ſtante illa taxatiua,tamen ob alias rationes † aliter cenſeri non poteſt, & illa taxatiua ratione ſubiectæ materiæ accipienda eſt,ſicut dictio, perpetua,ab Alexan. iudicatur in conſi. citato 86. nec operatur quin conceſſio perſonalis dicatur quamuis contrarium conſulatur à Soci. in primo, conſ.84. & aliæ vrgent rationes, vt illa realis cenſeatur quæ videri poterunt.

15 Si in dubio † ambulemus vt priuilegij verba clara non ſint, illam perſonalem iudicemus, vt inquit Alex.in d. conſ.101.in fi. quia cum perſonæ data comperiatur, alijs verbis non additis.Idem cenſet Anan.in citato conſilio 20. Ancha.in conſi.327.in fi. ſupra memorato. Iaſ. in d.conſi.20.& licet conſ.Anan. & Iaſ.in 2.membro citentur, quia ex mente concedentis perſpicitur quod con ceſſionem perſonalem concipere voluerit, vt ex perſonæ expreſſione tantum, idem iudicamus in caſu iſto illam fore cenſendam, cum exprimatur perſona, nulla adiectione verborum addita, ob quæ arguatur eam perſonalem eſſe iudicandam.

16 Hæc diſtinctio non videtur tuta † in conceſſione con cepta ob merita alicuius, cum noſtrates affirment illam in vim contractus tranſire, quo fit vt ſucceſſores includat.Soci.in citato conſi.58. colum.pen. verſi.poſtremo, & in conſ.præd.84. num.14. approbat Caſtr. in conſilio 317.viſo & examinato,colum. penult. verſic.ijs non obſtantibus, in 1. & dicetur infra in vlt. parte, quanquam Iaſ.in citato conſi 89.colum.2.verſi.ſecundo facit, in 3. atteſtetur illam perſonalem dici, nec Alexan. in d.conſi. 101.ab hac opi. videtur deuiaſſe, cum iudicet illam perſonalem ob merita conceſſam.

17 Huic obiecto † dicamus, non recedendo à prima opi. vera de qua in ſeq.par. tractabimus. Iaſ. non recte ſentire

re

re (salua pace) Quia ipsemet contrarium consuluit in ci tato consi.217.col.1.affirmat,hanc concessionem per viā contractus datam realem. Decius isti cons.contrarius re pellitur.l.qui varia & falsa.ff.de fals. minusque citata ab Alexan.in d consi.101.officiunt, quia vt ipsemet asserit. col.4. vers.præterea dato, de meritis non constabat, &
18 paria sunt non esse, † & esse sed non apparere. l.si constante. §.si vxor. ff.solu.matrim. quæ citantur cum alijs ab Alex in consi.181.in prin.in 6.sola enim eorum asser tio non sufficit tamen si de illis appareret, non negaret Alex. concessionem iudicari realem, vt colligitur ex dictis eius in 1.col. citatis obiectum pro opi.contraria.

Quapropter cum priuilegiū immunitatis à collectis
19 liberationem in se contineat, †& reducat rem ad primā naturā,qua res omnes ortæ sunt liberæ, perpetuū & rea le censendum est,vt testatur Bal. in l.beneficium. col.fi. versi.vel dic.ff.de consti. Princi.Barb. in citato consi. 44. Soci.Iun.in cōs.7.nu.17.supra adducto,& ad quoscunq; transeat, hæc enim interpretatio accipienda est ex quo
20 minus offenditur ius † commune, vt is declarat num. 18.19 Rursus si ob merita cōcedatur immunitas,vt plurimum in concessionibus perspicitur, præter ius cōmune iudicatur.Quia beneficium includit quod large interpretatur, etiam si proprio nomine alicui data comperiatur,vt decidit Soci.in citato consi.84.nu.14.15.in 3.

Contra constitutionem supra firmatam astringunt ci tata à Deci.in cōs.223.in 2. vbi ex mente Bruni. Imo.& aliorum quos refert decidit immunitatis priuilegium,
21 cum sit contra ius cōmune,quia †ab oneribus liberato rium,ad quæ de iure communi alij grauātur, nō esse beneficium,etiā quod ob merita cōcedatur, vt inquit Bar.
22 in l.j.ff.de const Princ.idcirco † citatum priuilegium ge neri posterisq; datum, fęminas ex eis nō includit etiam nuptas,licet sub nomine generis omnes vtriusque sexus comprehendantur. Bal.in l.j.ff.de pub. Imo. in consi.62. post exhibitum,num.5.Cur.Iun.in cons.49.col.11.in fi.

Deci.in l. 2. nu.70.72.ff.de reg. iu. & sub nomine posterorum fœminæ ex illis includantur, vt inquit ipse in consi.527. nu.6 in consi.570. nu.11.in 3. citat Butri.in
23 cõsi.9.viso puncto.in priuilegio † tamẽ immunitatis rationibus supra citatis fœminæ non includuntur, & hęc q.Deciditur ex l.5.in fi.ff.de iure immu. Quamuis Alex. in consi.159. viso themate. in 2.contrarium asserere videatur, vt loquitur in donatione, & beneficio, non in pri
24 uilegio, in quo stricta interpretatio amplectitur † hęc ille, & quod non includantur fœminæ videtur sentire
* Bar.in l.quia tale. ff.sol.mat.hãc opi.communiter* à Docto.recipi attestatur Cur.Sen.in consi.74.col.4.num.10. versi.verum in ter maiores.

Ijs obiectis remotis, cõclusio supra firmata amplectãda est, difficultas videtur in tollendo. d.l. 1. in fi. quæ si recte consideretur non officit qõni nostræ. Quia fœminæ exclusæ sunt à d.l.quia simpliciter cõcessio data fuit
25 causa aliqua non expressa, ideo declaratur † in priuilegio illo eas non includi, at quando ob merita conceditur, cum non sit contra ius, large interpretatur, vt inquit Soci.in citato consi.84.nu.16.qui hanc opi.concludenti ratione fortificat, quæ videatur. Quo fit vt beneficium nuncupetur, in quo latissima interpretatio amplecti debet, vt inquit ipse, & ita declarat Bar. in d.l.1.non loqui accedentibus meritis, & ob earum satisfactionem, dum remouet.d.l.1.Quapropter dicamus Alex.in citato consi.159. recte sentire, nuncupando illud beneficium, cum ob merita datum reperiatur.

26 Nec obst.quod contra † ius commune est quo ad rem donatam, licet respectu concedentis aliter sit, Quia dico non esse verum, cum ipse nil pro hoc dicto citet, & erubescimus cum fine.l. loquimur.l. illam. C. de collat. cum vulg.Rursus cũ ob merita præcedentia datum repe
27 riatur † etiam quo ad rem donatam dicitur præter ius commune, vt firmat Alex.in citato consi.159. circa fi.& res donata non dicitur prohibita, quæ alias non expres-

fis

ſis meritis nũcuparetur,nam ius relaxatur in huiuſmo
di cõceſſionibus remuneratorijs,clare liquet ex donatio
28 ne inter virum †& vxorem remuueratoria, quæ effectũ
ſortitur,quæ ſimplex facta nullius eſt valoris,idem iudi
29 camus† de remuneratoria,quæ ob ingratitudinem non
reuocatur,quando prælatus ob merita donat,qui à iure
prohibetur,feudum etiam quod maſculis concedi eſt ſo
litum, ob merita fœminis concedendum eſt, hęc & alia
cumulat Soci.in citato conſi.84. nu.14.hãc opi.corrobo
rando, quæ fortificatur ex citatis ſupra in q.11.limit.4.
30 nu.66.vbi regentes & conſiliarij †ciuitatis,qui alias im
munem quem facere prohibentur,ob merita immunita
tem concedunt.Quia ius iſto caſu relaxatũ eſt, vt quod
prius prohibitum erat,permiſſum efficiatur, item Prin-
ceps ſine cauſa ius quæſitum tertio non tollit, ex cauſa
tamen remunerationis id aufert. Dec. in cõſi.269. nu.6.
in 2.& dictum eſt ſupra q.15.ex relaxatione citata.

Non obſt.conſilium Butr.quia non exprimit priuile-
gium immunitatis eſſe contra ius,& licet Imo.in citato
conſi.hoc aſſerat,nõ negamus in illo caſu quo loquitur
d.l.1.in fi.vbi fuit conceſſio ſimplex & non remunerato
ria,in qua latam ſumimus interpretationem, nuncupan
do id beneficium ſub quo & illud comprehendemus.

31 Quo fit vt tam †contra concedentem quam in fauo-
rem illius cui datũ reperitur latiſſima interpretatio am
plectenda ſit. vt inquit Alex. in citato conſi. in fi. Cuius
authoritas maxima eſt, ex quibus remota ſunt obiecta,
Deci.qui ſi Soc.in citato conſi.eiuſque rationes vidiſſet,
forte non ita audacter Alex.improbaſſet,is tamen ſalua-
ri poteſt in caſu quo conſuluit, vt priuilegium contra
ius commune dicatur.Quia ob merira non erat conceſ-
ſnm, vt idem conſuluit in conſ468.nu.31.in 3.Ideo ſtri-
cta interpretatio ſumenda eſt,& ex prædictis finem im-
ponimus quartæ parti quæ præ alijs fuit longior, quia
ſubiecta materia non longiores eſſe coegit.Ad quintam
& vltimam partem deſcendamus.

PARS QVINTA,

DE COLLECTIS.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas subdito data ex contractu est irreuocabilis.*
2 *Deus ex sua promissione obligetur.*
3 *Princeps de plenitudine potestatis contrauenire contractui nequit.*
4 *Princeps uti priuatus in contractibus consideratur, & si contraueniat etiam motu proprio fingitur circumuentus.*
5 *Princeps est creatura rationalis & cogitur rationi obedire.*
6 *Celestinus Papa in mane gratiam donabat, in sero reuocabat.*
7 *Princeps non obseruando contractum cum subdito initum agit contra ius naturale.*
8 *Princeps.l. conuentionis astringitur, licet non lege legis à qua solutus est.*
9 *Princeps sicuti non est dominus elementorum, ita nec contractuum.*
10 *Priuilegium in vim contractus transire censetur si factum reciprocum interuenit vel pecunia, etiam si concedēs vtatur verbo, indulgemus, & si concessionem praeponderant. & num.* 11.
12 *Successor Principis non reuocat priuilegium ab antecessore suo datum quod in contractum transiuit.*
13 *Et magis procedit si successor est filius & heres.*
14 *Non subdito datum priuilegium & ei ius quaesitum ex eo non reuocatur.*
15 *Ius quaesitum alicui ex priuilegio dicitur data scientia illius cui est concessum, vel acceptatione secuta.*
16 *Priuilegium subdito concessum quod in contractum transiuit causa vtilitatis publicae reuocatur, non si in non contractum transiuit.*

Si

17 *Si ciui nouello priuilegium cōcedatur postquam est effectus ciuis & domicilium cōstituit, id reuocari potest ex causa.*
18 *Priuilegiū quod in meris finibus persistit sine causa à Principe reuocatur, non si translatum sit dominium, & n. 19.*
20 *Priuilegium immunitatis subdito datum sine causa reuocatur, cum ius non sit quęsitum, idem in non subdito concessum, & num. 22.*
21 *Priuilegium immunitas habet actum successiuum & non consumit effectum nisi de die in diem, ideo est reuocabile.*
22 *Clausula, non obstante, in priuilegio immunitatis specialiter exigitur, idem in cōcesso miserationis gratia si à Principe tollatur, & num. 23.*
24 *Priuilegium quod in contractum transiuit ex causa ingratitudinis siue datum sit subdito siue non subdito, reuocatur.*
25 *Priuilegium ut supra concessum, data enormi lęsione prater intentionem concedentis, vel si Imperio lęsio magna resultaret, reuocatur.*
26 *Priuilegium immunitatis ex causa noua & emergenti reuocatur.*
27 *Priuilegium immunitatis ex superuenienti bello & necessitate Reipublica reuocatur.*
28 *Opinionem, quod ex causa priuilegium non subdito datum reuocari valeat, non esse veram credimus.*
29 *Vbi est ea ratio idem ius statuendum est.*
In non subditum aliquid statuere Princeps ex defectu iurisdictionis non potest.
30 *Ius municipale ex causa emergenti etiam si in contractum transiuit reuocari potest.*
31 *Priuilegium immunitatis tacite censetur reuocatum si immunis patiatur se describi, nisi infra decem dies appellaret.*
32 *Immunitas reuocata censetur si immunis sponte soluit onera.*
33 *Protestatio requiritur à soluente onera, quod non intendit iuribus suis derogari, alias sibi praiudicaret, & 34.*

35 *Soluens sponte collectas præiudicauit immunitati sibi concesse, quo ad soluta tantum, non quo ad futura, etiam si per decem annos soluisset, dummodo annorum triginta numerum non excedat. & num 35 37.*

38 *In actibus non reiterabilibus præscriptio triginta annorum requiritur, ad hoc vt quis sibi præiudicet, secus in reiterabilibus, & qui sint isti actus.*

39 *Solutio spontanea præiudicat immuni, secus si coactus sit soluere.*

De reuocatione immunitatum, in quo multa tractantur de contractibus initis inter Principem & priuatum. Cap. I.



VAESTIO prima talis est, disceptatur à maioribus nostris, an immunitas ex priuilegio data per concedentem aut illius successorem reuocari valeat, hæc reuocatio duobus modis contingere potest, expresse, & tacite, quo ad primum, si dubito concedatur ex contractu, illam esse irreuocabilē attestantur doctores, cum Princeps ex eo tenaciter obli-
1 getur. †cap. 1. de prob. Cyn. in l. digna vox. C. de legi. for-
2 tius, & Deus ex sua obligatur promissione † vt inquit Bal. in l. j. ff. de pact. in prin. citat Magistrum senten. &
3 adeo verum † est, vt de plenitudine potestatis contrauenire ipse Princeps prohibeatur, vt attestatur Castr. in citata l. digna vox. quia hoc naturali iure suadetur, vt firmat Bald. in consi. 371. verba Cyn. in 3. consideratum
4 †enim Princeps vti priuatus in contractibus, Car. in cōs. 147. dicitur prædictam. Et si resiliat, etiam proprio motu, fingitur circūuentus, ita quod contrarium nō probatur, Bal. in consi. 327. pridie. num. 4. in 1. est enim ipse rationalis

5 tionalis creatura & cogitur † rationi obedire, aliter animal irrationale à cunctis nũcuparetur, ſicuti de Celeſtino Papa aſſerit Bal. in citato conſi. qui de mane gratiam
6 impartiebatur, illamq; in ſero † reuocabat, huic opi. adhæret Caſt. in conſ. 317. viſo & examinato, col. pen. ver. ijs non obſtantibus, in 1. ageret enim Princeps contra ius
7 naturale, ſi contractum † cum ſubdito initum non ſeruaret, cui de ſuprema poteſtate nequit contradicere, & in conſ. 229. viſis & ponderatis, col. fin. in 1. Cur. Iun. in conſ. 142. num. 7 is enim lege conuentionis aſtringitur,
8 licet nõ legis † à qua eſt ſolutus l. digna vox, C. de leg. & firmat Iaſ. in conſ. 99. col. fin. in 1. ideo dicit Bal. in c. 1. de
9 probat. Principem contractuum † nõ eſſe dñm ſicuti nec elementorum, ideo geſta cum ſubdito quæ in contractu tranſire ab eo non reuocantur, Iaſ. in conſ. 86. nu. 8. in 3.
* & hanc quæſtionem ab omnibus communiter * recipi, is atteſtatur in conſ. 1. col. j. in j. pro cuius corroboratione multa citantur à Dec. in conſ. 286. num. 7. & in conſ. 292. num. 7. in 2. in conſ. 580. nu. 5. & in conſ. 588. nu. 3. in 3. in conſ. 689. in 4. Soc. Iun. in conſ. 77. nu. 25. in conſil. 78. num. 3. 4. in j. & in conſ. 94. nu. 2. in 2. in conſ. 160. num. 51. 52. eo. vol. Rub. Alex. in conſ. 138. num. 4. in conſil. 146. num. 7. 8. Afflictus Deciſ. 128. num. 10. Crau. in conſ. 103. num. 15. in conſ. 7. num. 8. in 1. & de hac concluſione non eſt hæſitandum quia omnes conueniunt.

Et in vim contractus priuilegium tranſire cenſetur ſi
10 factum † interueniat reciprocũ vel pecunia, etiã ſi concedens verbo, indulgemus, in cõceſſione vteretur, vt inquit Bal. in l. qui ſe patris, col. pen. verſ. hoc ſcias. C. vnd. liberi. Iaſ. in citato conſ. 1. col. 6. Fel. in c. nouit, nu. 21. de iud. Cur. Iun. in conſ. 174. num. 24. Soc. in conſ. 4. col. 2. num. 3. in 3. Dummodo factum, vel pretium ſiue merita
11 † conceſſioni præponderẽt, vt inquit Bal. & Fel. in locis citatis de mente Aret. ibi, & Soc. in citato conſ. quã opin. approbat Iaſ. in conſ. 56. col. fi in 1. & alij in citatis locis.
12 Ampl. 1. vt vera ſit iſta queſtio † etiam quo ad ſucceſſorem.

ſorem.Guid.de Suza. Cyn. Caſtr.& alij in d.l.digna vox. Bald.in c.1.de nat.feud.& in conſ.271.caſus conſilij eſt. in 1.Rub.Alex.in citato conſ.146.colum.pen.num.7.8. Iaſ.in d.conſ.1.colum.2.num.2. & in d.conſ.88.num.8. maxime illius vtilitate interueniente, hanc vtriuſque iuris cenſuræ procerum communem * eſſe opi. is teſtatur in citato conſ.1.num.2.& Bald.in conſ.159. ſuper eo de quo quæritur, in 3. & de plano procedere ſi ſucceſſor

13 †eſſet filius ac hæres concedentis, vt inquit Iaſ.in conſil.10.colum.2.verſic.ſtat ergo,in 3.& in terminis firmat Alex.in conſ.30.colum.fin.in 5.

14 At ſi non ſubdito † datum foret priuilegium,& quæſitum ſit ei ius ex contractu, non datur reuocatio, teſte Bar.in l.2.in fi.ff.de iure immu. in l.quod ſemel.ff.de decret.ab ord.facien.Rom.in conſ.252.pro deciſione,nu.3. Dec.in cap.quæ in eccleſiarum,num.28. de conſtitut.in d.c.nouit, num.15. Abb.in conſ.41.videndum, num.5. in 1.Caſtr.in citato conſ.229.viſis & ponderatis,col.fin. in 1. Bar.in l.omnes populi, in 4.q.4.q.princ. ver. circa præterita. ff. de iuſt. & iure. Soc.in conſil.86. colum.fin. num.13.in 4. Rom.latius in conſ.436. quod indultum, num.13.14.Iaſ.plene in d.conſ.1.colum.5.num.4.& per alios in locis citatis, & ius quæſitum intelligas, ſi ad illius notitiam deueniat priuilegium, vel acceptatione

15 † ſecuta, vt teſtantur Imo.Abb.Aret.Felyn.& alij in citato c.nouit,num.18.19.

Primo limitatur à maioribus noſtris hæc concluſio quando cauſa publicæ vtilitatis reuocatio fieret, quia

16 dominium quæſitũ tolli poteſt †cum cauſa,ſi id ſit ſubditi,alijs non,cum non cadat in reuocatione illud defectu iuriſdictionis.l.fin ſi contra ius vel vtil.publ. nam in non ſubditos nequit concedens illam exercere. c. 2. de conſtitu.in 6.c per venerabilem,qui fil.ſint legit. decidit Caſtr.in conſ.287.primum dubium procedit,col.1. & in d.conſ.229.col.fin.verſ.probatur, in 1. Felyn.in d c.quæ in eccleſiarum, num.44. 45. 46. & ibi Dec.num.28. ex-

preſſius

pressius in c.nouit,num.16.de iud.post Imo.Soc.in consil.86.in fi.in 4
17 Restringo hanc † quæstionem ad semper subditum, quia si quispiam venit ad habitādum in loco,cui sit immunitas concessa, vt inquit Bar.in d.l.omnes populi, & supra dictum fuit, ex quo amplius non est subditus, reuocari potest immunitas, quia ratio defectus iurisdictionis cessat, ergo ius etiā.l.adigere.§.quamuis.ff.de iur. pat.c.cum cessante, de appel. ita declarantur quæ citantur à Batr.Car.Fel.& alijs in d.nouit,relatis à Ias.in citato cons.9.nu.4.quod si contractus ineatur cum nō subdito, tēpore cōcessionis reuocari nequit,ratione illa defectus iurisdictionis,quæ cessat postquā est effectus subditus,ideo in eū cadit reuocatio, quia causa iusta interueniente,& legitima Princeps tollere potest ius ei quæsitum ex contractu,vt supra diximus.Alias si eorum dicta simpliciter intelligerentur, etiā postquam is est effectus subditus,non recte sentirent, quia subdito aufertur dominium causa vtilitatis publicæ,vt sæpe dictum est.
Dubia videtur reddi quæst.supra firmata,quod subdito immunitatis priuilegium concessum, quod in contractum transiuit, non reuocari possit.
18 Quia Nicol.de Mat. conciuis meus. † C.de nou. cod. Iust.confir.asseruit id per viam gratiæ subdito cōcessum sine causa tolli à Principe, quia nemini facit iniuriam, cum nullo iure cogebatur concedere, cuius contrarium Gui.de Suz. testatus est, illam decisionem Nicol.approbauit Bal.in l.qui se patris, col.pen.versic.sed Niçolaus. C.vnd.lib. & Castr. in citata l.digna vox. vers.præterea intelligo, Dec.in d.c.quæ in ecclesiarum, num.28. Cur. Iun.cons.1.num.34.Ias.in cons.56.col.fin.in 1.
Nam dico illam decis.intelligendam esse,quando pri-
19 uilegium † erat in meris finibus priuilegij,quia translatum non erat dominium directū vel vtile,alias in translatis non conceditur præsentia, nec cędit reuocatio,nisi cum iusta causa, vt firmant Bal. Cast.vbi supra,& Ias.in d.cons.

d.conſ.1.num.5.Soc.in d.conſ.4.num.3.in 3. in conſ.86.
in fi.in 4.Aret.poſt Abb.& Fel.in d.c.nouit,num.21. cum
iuſta cauſa quæſitum ius tollitur, vt ſupra diximus,infe
ro ergo quo ad noſtros terminos,priuilegium immuni-
20 tatis † datum ſubdito tolli ſine cauſa, quia ius aliquod
non eſt quæſitum,cum habeat ſucceſſiuum actum,& nō
conſumit effectum niſi de die in diem, vnde pro tempo-
re effectum non habuit, reuocatio ſine cauſa dari poteſt
quia nemini iniuriatur, vt decidit Caſtr.in conſ.229.vi-
ſis & ponderatis, col.fin.in 1.Aret.& Felyn.in d.c.nouit,
21 num. 21. & firmat Abb.ibi num. 26. † quod reuocatio
conceditur quo ad actus futuros,quia actum habet ſuc-
ceſſiuum, ſecus ſi actum habeat momentaneum, & ſta-
tim effectum ſortiatur, quia ſine cauſa iuſta non reuo-
catur à Principe, vt dictum fuit, & adiuuat Abb.in con-
ſil.41.viden.num.5.ita intelligi affirmamus. Alex.in con
ſil.30.colum.fin.in 5.

22 Et hæc vera ſunt † etiam in non ſubdito, vt atteſtan-
tur Doct.ſupra in locis citatis,& cum clauſula, non ob-
ſtante ſpeciali, vt inquit Iaſ.in d.conſ.1.nu.8.col.9. verſ.
circa ſecundam,in 1.ſicuti ſpecialis requiritur in conceſ-
23 ſo miſerationis † cauſa, vt Alex. affirmat in conſ. 120.
col.4.verſ.ſed regula,in 4.

Quamplures hæc cōcluſio limitationes patitur, quas
citāt Cano.in d.c.nouit,vt ſi ſuperueniat ingratitudo il-
24 lius cui eſt datum priuilegium † immunitatis,Aret.Fel.
ibi num.26. & Dec.& Alex.in conſ.215.col.7.verſ.& pri-
mo non obſt.in 2.Bal.in l.2.in fi.C.de liber. & eo lib.qui
in fi.no.contra exemptos, ob vitium ingratitudinis im-
munitatem eos perdere. Cur.Iun. in conſ.61. num.14.
Iaſ.in conſ.227.col.6. verſ.ſeptimo,in 2.

Limitatio alia citatur, ſi ex poſt facto concedens mul
25 tum lęderetur ex conceſſione † priuilegij dati non ſubdi
to præter illius intentionem,quia reuocatur,idem credo
verum eſſe ſi magna læſio imperio reſultaret, vt inquit
Bart,in l.prohibetur.§.plane, ff. quod vi aut clam. Iaſ.in
conſ.

conſ.10.col.2.verſ.præterea,in 3 vt ſi ſummus Pontifex ciuitatem Eccleſiæ alicui donaſſet, illamque in feudum conceſſiſſet ſine aſſenſu Cardinalium, factum ab eo improbatur.ijdem in Cęſare,& Rege iudicamus, & de regalibus affirmat Rub.Alex.in conſ.50.num.7.in conſ.138. Iaſ.in citato conſ.10.col.fi.exprimit quæ ſit magna læſio iſtis caſibus, & quę parua, crederem ipſo iure reſolui in ijs terminis,& non eſſe opus reuocatione, vt ſentit Aret. Et melius Felyn.in d.c.nouit, num.20. Alias tradunt ibi Cano. fallentias, Quas non recenſeo, cum perſpici valeant, vltimo citatur à Felyn.num.31.

Lim. 4. Vt ſi cauſa emergens vouiter ſuperuerniret
26 †quia admittitur reuocatio. Bal.in l.fi.ff.de ſenator.qui non aperit an ſubdito vel nō ſubdito datum reuocetur. At Accurſ. videtur hoc firmaſſe in l.1. C. vt nemi. lic. in emp.Spec.lib.10.ergo generaliter decidendo cum Alex in citato conſ.215.col.6.verſ.nono,in 2.nemo ſe excuſet ratione alicuius priuilegij conceſſi, & firmat in terminis. Cur.Iun.in conſ.præterito 61.circa fi. Felyn.in c.cauſam quæ,num.59.de reſcrip.Dyn.& Doct.in l.ſi ex toto.ff.de
27 leg.1.qui decidunt † priuilegia immunitatum ſi guerra ſuperueniat non opitulari exemptis,Marſ.in pract.crim. §.aggredior, nu. 63. vbi ob neceſſitatem Reipublicæ ſuperuenientem vel aliam nouam cauſam emergentem cōceditur reuocatio. Idem de fame & peſte,vel alia quacunque cauſa neceſſitatis Reipublicæ imminente, vel Principi ſuborta cenſendum eſt,Rom.in conſ.436.quod indultum,num.10.& quamuis, titubet Felyn.in d.c.nouit,num.31.de hac limitatione.

28 Nos illam † omneſq; à Doct. citatas de iure non eſſe tutas credimus, in quibus ij aſſerunt priuilegiū nō ſubdito datum cum cauſa reuocari.Quia ſi vera eſt illa opinio, quod ſi in non ſubditum tranſit priuilegium à cōcedente etiam cum cauſa iuſta non poſſit reuocari, quādo
29 ad eius notitiā peruenit, vel in trāslatis † quo ad dominium,ratione defectus iuriſdictionis, quam in non ſubditum

ditùm nequit concedens exercere, vt diximus, eadem ratio mil.tat in citatis limitationibus, in non subditis, ergo non potest etiam cum causa reuocari priuilegium, quia in eum concedens iurisdictionem non exercet, ergo vtroque casu idem ius statuatur. l.illud. ff.ad leg.Aq. limi. ergo veram fore affirmemus in subdito, in quo habet iurisdictionem concedens, vt ex causa superuenienti Reipublicæ, aut Principi reuocatio concedatur.

30 Nam & statutũ † reuocatur causa de nouo superuenienti, vt si ciuitas effecta sit pauper, vel hominũ facultates sint diminutæ, quare à citato statuto super collectis ædito receditur, etiã quod in contractum transierit, vt per plura decidit Dec. in cons. 335. col. 2. in 2. Hactenus de expressa reuocatione, nunc de tacita dicamus.

Quæst. 2. Immunitatis priuilegium tacite reuocatum
31 censetur † si patiatur immunis se describi in libro soluentium collectas, quia habita hac scientia, si ad illarũ solutionem vocetur, & infra decem dies nõ appellet, sibi & suo præiudicatur priuilegio, authore Ange. in l. 1. §. si quis tutor. ff. quando app. fit. clamante hoc esse singulare dictum, quod communiter ignorari approbat, idem dicit Alex. in consi. 101. col. 6. versi. 3. principaliter, in 1. & in consi. 136. col. 4. versi. præterea, in 2 Dec. in consi. 638. nu. 9. in 4. Goz. in consi. 16. in fi. & in consi. 23. nu. 4. 9. Ias. in l. falso. C. de diuers. rescrip. Fely. in c. cum accessissent, nu. 47. de consti. Deci. ibi. nu. 29. Cass. in consi. 64. nu. 29. Crau. in consi. 54. nu. 4 in 1.

Nouissime hoc dictũ not. asseritq; esse bonam cautelam pro vniuersitate, Rober. Maran. in Tracta. de ord. iud. in 3. par. 6. par. versi. venio ad secundum, num. 314. si statim descriptio immuni notificetur, quia forensis nõ animaduertet appellãdum ab ea infra tempus citatum, cum fidens suo priuilegio sit, & in futurum ad collectas
32 cogetur. Inducitur etiam tacita † reuocatio priuilegij, quando immunis collectas sponte soluit, quia illi videtur renunciasse, l. 1, cum glo. C. de ijs qui spon. mun. pub.

sub,

ſub.lib.10. ibique exprimit Bar.Cyn. in l.voluntariæ.C. de excuſ.tut.col.4. verſi.tertio, exigitur ergo vt ſibi non
33 præiudicet, quod proteſtetur † nolle ſuo priuilegio renunciare ex ſolutione collectarum citata, vt inquit Barto.in citata l.1. qui aſſerit ſe hoc feciſſe in ſolutione præſtantiorum. Decidit Cyn. ante eum in d.l.voluntariæ, col.5.verſ.quinto quæritur. Alexan. in d.conſi. 136. colum.4.verſ.Rurſus,& in conſi.189.col.fin. in princ.in 5. Roma.in conſi.252.pro deciſione, in fi.Gozad. in conſilio 23.num.7. Felyn.in d.cap.cum acceſſiſſent, num 28. Parpa.affirmat in onere capitationis in d.l.placet,nu.27. Et hoc habere locum teſtantur Doctor. quando contra-
34 uentio fuit vniuerſalis, quia ſi † particulariter fuit pro vno actu,non requiritur proteſtatio, inquit Deci. in d. c.cum acceſſiſſent,num.31.

Hanc quæſtionem veram eſſe teſtantur Doct. quo ad
35 ſoluta tantum, † quia in ijs ſibi ſoluens præiudicauit, quo vero ad futura minime.d.l.1.cum gloſ. Bart. in l.2. ff.de priuileg. vetera. Iaſ.in conſ.25.nu.1. col.2. verſi.nec obſt.in 3.vbi congerit plura in propoſito quæ non recen ſeo.Goz.in citato conſi.23.num.1.Alexan. in conſi.182. colum.penul.verſ.poſtremo, in 2.in conſilio 33.in 5.& prius decidit And.de Baru in l.2. C.de ijs qui ſpō. mun. pub. lib.10. & ſi ſolutſſet per decem ann. non dicitur il-
36 lud amiſiſſe † vt inquit ipſe, niſi per ſpatium 30.vel 40. ann. firmant Cyn.& Salyc. in citata l. voluntariæ. Abb, Fely.& Dec.in d.c.cum acceſſiſſent, num.28.

Opin. hæc dubia videtur, ex citatis ſupra num.3. vbi
37 ſtatim quando † quis ſcit eſſe deſcriptum debet infra decem dies apparere, alias ſibi præiudicat, adeo quod in futurum ad ſoluendum collectas aſtringitur. Nos autem dicimus ſpatium 30. ann. & vltra requiri vt ſibi generet præiudicium ſoluens.

Solutio opi.vera eſt in actu non reiterabili, vt teſtan-
38 tur Docto.ibi in eo qui paſſus † eſt ſe deſcribi in æſtimo vel libro collectarum, ſecus ſi actus reiterationem recipit

pit vt ſolutio collectarum, quia non perditur, niſi illo ſpatio citato. Tradit hanc ſolut. Alex. in conſi. 33. citato. col. 2. & in d. conſi. 192. col. pen. & Goz. in conſ. 5. Caſſ. in conſi. 64. num. 28. 29. firmans ſoluentem per aliquos annos dummodo triginta non excedat, ſibi non præiudicaſſet, vt in futurum cogi valeat in actu reiterabili j, ſecus in non reiterabili, vt in aſſumptione tutelæ & ſimilibus, ſecundum Cyn. Bal. & Saly. in d. l. voluntariæ. Goz. in loco citato. Idem iudicatur in priuilegio momentaneo & nō ſucceſſiuo actus, vt inquit Alex. in d. conſ. 33. col. 2. verſi. nec ad hoc obſt.

Lim. 1. à Doct. iſta quæſt. quando ſoluens coactæ ſol-
39 uit, † quia ſuo priuilegio non videtur renunciare. l. cura. in prin. ibi nec ſi per vim. ff. de mun. & hono. per quã. l. conſuluit. Rom. in d. conſi. 252. in fi. Alex. in d. conſi. 33. col. 3. verſi. quinimo ſi dicas, ex mente Io. And. Hoſt. But. in c. accedentibus, de priuileg.

Explicit Tractatus de Collectis, qui licet vtilis ſit, erat tamen adeo corruptus, vt in multis locis vix intelligi potuerit quid dicere voluerit, omnia deprauatiſſima erant, ſed nunc ita reſtitutus exit, & vitijs purgatus, vt, ſi exemplari Mutinenſi conferatur, cognoſci poſſit labor reſtituentis, qui animam ipſi tractatui dediſſe videtur.

INDEX IN TRACTATVM DE AESTIMO, ET COLLECTIS.

In quo sub verborum compendio perstringuntur omnia notata digniora, quæ in ipso Tractatu continentur.

P

Cata-

Intelli-

pars

De

G

magna

Venetia

Vniuersi-

FINIS. 860.

Permittente Sanctissimæ Inquisitionis Officio, excussa hæc fuere.

VENETIIS,

Apud Ioannem Baptistam Natolinum. 1588.

Sumptibus Damiani Zenarij.

